ANTIPHONARIUM SEU VESPERALE BISUNTINUM, SECUNDUM...

Chiesa cattolica

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Ad simpliciter usum P. Fr. Nicolai Lirini a Valentano Min: Obs: 1845.

31-8-B-31

Digitized by Google

ANTIPHONARIUM

SEU

VESPERALE

BISUNTINUM,

SECUNDUM BREVIARIUM RECENS

DISPOSITUM.



VESUNTIONE,

Apud J. M. COUCHÉ, Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi D. D. Archiepiſcopi Typographum.

M. DCC. LXXX.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

31·8·B·31

Digitized by Google

31-8-B-31

ANTIPHONARIUM
DISPOSITUM
PER HEBDOMADAM.

DOMINICA,
AD VESPERAS.

DEUS, in adjutorium meum intende, Domine, &c. Alleluia, *vel* Laus tibi, Domine, &c.

I. Antiphona.



DIxit Dominus Domino meo: ſede à dextris meis.

Pſalmus 109.



DOmino meo; * Sede à dextris meis. 7. c. Donec ponam inimicos tuos * ſcabellum pedum tuorum.

Digitized by Google

Virgam virtútis tuæ emittet Dóminus ex Sion : * domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ in splendóribus Sanctórum : * ex útero antè luciferum génui te :

Jurávit Dóminus, & non pœnitébit eum ; * Tu es Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech.

Dóminus à dextris tuis, * confrégit in die iræ suæ Reges.

Judicábit in natiónibus, implébit ruínas, * conquassábit cápita in terra multórum.

De torrente in via bibet, * propterèa exaltábit caput. Gloria Patri, &c.



II. Ant. Mag-na o- pera Do mini, exqui-



fi- ta in omnes volunta tes e- jus.

Psalmus 110.



Confitebor tibi, Domine, in toto cor-



de meo, * In concilio justorum, & con-



gregatione. 2. D.

Magna ópera Dómini, * exquisíta in omnes voluntátes ejus.

Confessio & magnificéntia opus ejus, * & justítia ejus manet in sæculum sæculi.

Memóriam fecit mirabilium suórum misericors & miserátor Dóminus : * escam dedit timéntibus se.

Memor erit in sæculum testamenti sui : * virtútem óperum suórum annuntiábit pópulo suo,

Ut det illis hæreditátem géntium : * ópera manuum ejus véritas & judícium.

Fidelia ómnia mandáta ejus, confirmata in sæculum sæculi, * facta in veritáte & æquitáte.

Redemptiónem misit pópulo suo ; * mandávit in æternum testamentum suum.

Sanctum & terríbile nomen ejus : * initium sapiéntiæ timor Dómini.

Intellectus bonus ómnibus faciéntibus eum : * laudátio ejus manet in sæculum sæculi.

Gloria Patri, &c.



III. Ant. Beatus vir qui timet Dominum,



in mandatis e- jus volet nimis.

Psalmus 111.



Qui timet Dominum, * In mandatis



ejus volet nimis. 4. E.

Potens in terra erit semen ejus : * generatio rectórum benedicétur.

Gloria & divítiæ in domo ejus ; * & justítia ejus manet in sæculum sæculi.

Digitized by Google

Exortum eſt in ténebris lumen rectis, * miſericors, & miſerator, & juſtus.

Jucundus homo qui miſerétur, & commodat; diſpónet ſermónes ſuos in judício, * quia in æternum non commovébitur.

In memória æterna erit juſtus, * ab auditióne mala non timébit.

Paratum cor ejus ſperáre in Domino, confirmátum eſt cor ejus; * non commovébitur donec deſpíciat inimícos ſuos.

Diſperſit, dedit paupéribus; juſtítia ejus manet in ſæculum ſæculi, * cornu ejus exaltábitur in gloria.

Peccátor vidébit, & iraſcétur, déntibus ſuis fremet & tabeſcet; * deſidérium peccatórum períbit. Gloria Patri, &c.

IV. Ant. Sit nomen Domini benedictum, ex hoc, nunc, & uſquè in ſæculum.

Pſalmus 112.

Laudate, pueri, Dominum, * Laudate nomen Domini. ℣. c.

Sit nomen Domini benedictum, * ex hoc, nunc, & uſquè in ſæculum.

A Solis ortu uſquè ad occaſum, * laudabile nomen Domini.

Digitized by Google

Excelsus super omnes gentes Dominus, * & super cœlos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, * & humilia respicit in cœlo, & in terra?

Suscitans à terra inopem, * & de stercore erigens pauperem,

Ut collocet eum cum Principibus, * cum Principibus populi sui:

Qui habitare facit sterilem in domo, * matrem filiorum lætantem. Gloria Patri, &c.



V. Ant. Nos qui vivimus, benedicimus



Domino.

Psalmus 113.



IN exitu Israël de Ægypto, * Domûs

Jacob de populo barbaro, 1. A.

Facta est Judæa sanctificatio ejus, * Israël potestas ejus.

Mare vidit, & fugit; * Jordanis conversus est retrorsùm.

Montes exultaverunt ut arietes, * & colles sicut agni ovium.

Quid est tibi, mare, quòd fugisti? * & tu Jordanis, quia conversus es retrorsùm?

Montes, exultastis sicut arietes, * & colles, sicut agni ovium;

A facie Dòmini mota eſt terra, * à fácie Dei Jacob,

Qui convertit petram in ſtagna aquarum, * & rùpem in fontes aquarum.

Non nobis, Domine, non nobis, * ſed nòmini tuo da gloriam ſuper miſericordia tua & veritate tua;

Nequandò dicant gentes: * Ùbi eſt Deus eorum?

Deus autem noſter in cœlo; * ómnia quæcumque voluit, fecit.

Simulachra gentium argentum & aurum, * ópera manuum hominum;

Os habent, & non loquentur; * óculos habent, & non videbunt;

Aures habent, & non audient; * nares hábent, & non odorabunt;

Manus habent, & non palpabunt; pedes habent, & non ambulabunt; * non clamàbunt in gùtture ſuo.

Similes illis fiant qui faciunt ea; * & ómnes qui confidunt in eis.

Domus Iſraël ſperavit in Domino, * adjùtor eorum & protector eorum eſt.

Domus Aaron ſperavit in Domino, * adjùtor eorum & protector eorum eſt.

Qui timent Dominum, ſperaverunt in Domino, * adjùtor eorum & protector eorum eſt.

Dominus memor fuit noſtrî, * & benedixit nobis.

Benedixit domui Iſraël, * benedixit domui Aaron.

Digitized by Google

Benedixit omnibus qui timent Dominum, * pusillis cum majoribus.

Adjiciat Dominus super vos, * super vos, & super filios vestros.

Benedicti vos à Domino, * qui fecit cœlum & terram.

Cœlum cœli Domino : * terram autem dedit filiis hominum.

Non mortui laudabunt te, Domine, * neque omnes qui descendunt in infernum.

Sed nos qui vivimus, benedicimus Domino, * ex hoc, nunc, & usquè in sæculum.

Gloria Patri, &c.

Capitul. 1. Cor. 2. 9.

OCulus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit quæ præparavit Deus iis qui diligunt illum.

Hymnus de 4.



Digitized by Google

Quem vix adumbrat ſplendida
Flammantis aſtri claritas.
Moraris heu! nimis diù
Moraris, optatus dies:
Ut te fruamur noxii
Linquenda moles corporis.
His cùm ſoluta vinculis
Mens evolârit, ô Deus;
Videre te, laudare te,
Amare te non deſinet.
Ad omne nos apta bonum,
Fœcunda donis Trinitas:
Fac lucis uſuræ brevi
Æterna ſuccedat dies. Amen.

℣. Cuſtodit Dominus omnes diligentes ſe,
℟. Et omnes peccatores diſperdet.

Cant. B. Mariæ Virg. Luc. 1.

MAgnificat * anima mea Dominum;
Et exultavit ſpiritus meus * in Deo ſalutari meo;

Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ; * ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes;

Quia fecit mihi magna qui potens eſt, * & ſanctum nomen ejus:

Et miſericordia ejus à progenie in progenies * timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio ſuo; * diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.

Depoſuit potentes de ſede; * & exaltavit humiles.

Eſurientes implevit bonis; * & divites dimiſit inanes.

Suſcepit Iſraël puerum ſuum, * recordatus miſericordiæ ſuæ.

Sicut locutus eſt ad patres noſtros, * Abraham, & ſemini ejus in ſæcula. Gloria Patri, &c.

Deindè dicuntur Antiph. & Oratio propriæ.

AD COMPLETORIUM.

COnverte nos, Deus ſalutaris noſter;

℟. Et averte iram tuam à nobis.

℣. Deus, in adjutorium, &c. Alleluia. *vel* Laus tibi, &c.

Pſalmi ſub Antiphona ſequenti.



Ant. Alleluia.

* *Pſalmus. 4.*



CUm invocarem, exaudivit me Deus



juſtitiæ meæ: * In tribulatione dilataſti



mihi. 4. a.

Miſerere meî, * & exaudi orationem meam.

Filii hominum, uſquequò gravi corde? * ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?

Et ſcitote quoniam mirificavit Dominus Sanctum ſuum; * Dominus exaudiet me, cùm clamavero ad eum.

Iraſcimini, & nolite peccare: * quæ dicitis in cordibus veſtris, in cubilibus veſtris compungimini.

Digitized by Google

Sacrificate sacrificium justitiæ, & sperate in Domino; * multi dicunt: Quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos lumen vultûs tui, Domine: * dedisti lætitiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini, & olei sui, * multiplicati sunt.

In pace in idipsum dormiam, * & requiescam;

Quoniàm tu, Domine, singulariter in spe * constituisti me. Gloria Patri, &c.

Psalmus 90.

QUi habitat in adjutorio Altissimi, * in protectione Dei cœli commorabitur:

Dicet Domino, Susceptor meus es tu, & refugium meum; * Deus meus, sperabo in eum;

Quoniàm ipse liberavit me de laqueo venantium, * & à verbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi, * & sub pennis ejus sperabis.

Scuto circumdabit te veritas ejus, * non timebis à timore nocturno,

A sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, * ab incursu & dæmonio meridiano.

Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis; * ad te autem non appropinquabit.

Verùmtàmen oculis tuis considerabis, * & retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es, Domine, spes mea: * altissimum posuisti refugium tuum,

Non accedet ad te malum, * & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo:

Quoniàm Angelis suis mandavit de te, * ut custodiant te in omnibus viis tuis:

Digitized by Google

In manibus portabunt te, * ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, * & conculcabis leonem & draconem.

Quoniàm in me ſperavit, liberabo eum; * protegam eum, quoniàm cognovit nomen meum.

Clamabit ad me, & ego exaudiam eum; * cum ipſo ſum in tribulatione; eripiam eum, & glorificabo eum:

Longitudine dierum replebo eum, * & oſtendam illi ſalutare meum. Gloria Patri, &c.

Pſalmus 133.

ECce nunc benedicite Dominum, * omnes ſervi Domini.

Qui ſtatis in domo Domini, * in atriis domûs Dei noſtri;

In noctibus extollite manus veſtras in ſancta, * & benedicite Dominum.

Benedicat te Dominus ex Sion, * qui fecit cœlum & terram. Gloria Patri, &c.

Poſt Pſalmos repetitur Antiphona, quæ ad Completorium per totum annum dicitur, niſi aliter notetur.

A Septuageſima verò ad Paſcha, loco Alleluia, *dicitur ſequens Antiphona:*



Laus tibi, Domine, Rex æternæ gloriæ.

Hymnus de 2. A.



GRates, peracto jàm die, Deus, tibi

Digitized by Google

perſolvimus; Pronoque, dùm nox incipit,

Proſternimus vultu preces.
Quod longa peccavit dies
Amarus expiet dolor,
Somno gravatis ne nova
Infligat hoſtis vulnera.
Infeſtus uſquè circuit
Quærens leo quem devoret;
Umbrâ ſub alarum tuos
Defende filios, Pater.
O quandò luceſcet tuus
Qui neſcit occaſum dies!
O quandò ſancta ſe dabit
Quæ neſcit hoſtem patria!
Deo Patri ſit gloria,
Ejuſque ſoli Filio,
Sancto ſimul cum Spiritu,
Nunc, & per omne ſæculum. Amen.

Capitul. 1. Theſſ. 5. 10.

SIvè vigilemus, ſivè dormiamus, ſimul cum Chriſto vivamus. ℟. Deo gratias.

℣. Cuſtodi nos, Domine, ut pupillam oculi.
℟. Sub umbra alarum tuarum protege nos.

Ad Nunc dim. *Antiph.* Scuto circumdabit te veritas

Domini, non timebis à timore noctur- no.

Canticum.



Nunc dimittis ſervum tuum, Domine, *

Secundùm verbum tuum in pace. 8. G.

Quia viderunt oculi mei * Salutare tuum,

Quod paraſti * antè faciem omnium populorum;

Lumen ad revelationem gentium, * & gloriam plebis tuæ Iſraël. Gloria Patri, &c.

℣. Dominus vobiſcum, ℟. Et cum Spiritu tuo.

Oratio.

ILlumina, quæſumus, Domine, tenebras noſtras, & totius noctis inſidias, tu à nobis repelle propitius; Per Dominum, &c.

℣. Dominus vobiſcum, ℟. Et cum Spiritu tuo.

℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias.

℣. Fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

Finito Completorio, cantatur ſingulis diebus una ex Antiph. B. M. V. ut habentur in fine Pſalterii.

FERIA SECUNDA,

AD VESPERAS.

I. Antiphona.



COnvertere, anima mea, in requi-



em tuam, quia Dominus benefecit



tibi.

Pſalmus 114.



Dilexi, quoniam exaudiet Dominus *



Vocem orationis meæ. 2. D.

Quia inclinavit aurem ſuam mihi, * & in diebus meis invocabo.

Circumdederunt me dolores mortis, * & pericula inferni invenerunt me.

Tribulationem & dolorem inveni, * & nomen Domini invocavi.

O Domine, libera animam meam; * miſericors Dominus, & juſtus, & Deus noſter miſeretur.

Cuſtodiens parvulos Dominus, * humiliatus ſum, & liberavit me.

Convertere, anima mea, in requiem tuam, * quia Dominus benefecit tibi;

Quia eripuit animam meam de morte, * oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapſu.

Placebo Domino * in regione vivorum.

Gloria Patri, &c.



II. Ant. Leva- vi oculos meos in montes:



auxilium meum à Domino.

Digitized by Google

Psalmus 120.



O- Culos meos in montes, * Undè veniet auxilium mihi. 8. G.

Auxilium meum à Domino, * qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotionem pedem tuum, * neque dormitet qui custodit te.

Ecce non dormitabit, neque dormiet * qui custodit Israël.

Dominus custodit te, Dominus protectio tua * super manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te, * neque luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo; * custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introïtum tuum, & exitum tuum, * ex hoc, nunc, & usquè in sæculum. Gloria Patri, &c.



III. Ant. Adjuto-rium nostrum in nomine



Domini, qui fecit cœlum & terram.

Psalmus 123.



NIsi quia Dominus erat in nobis, di-

Digitized by Google



cat nunc Iſraël, * Niſi quia Dominus



erat in nobis 1. a.

Cùm exurgerent homines in nos, * fortè vivos deglutiſſent nos.

Cùm iraſceretur furor eorum in nos, * forſitàn aqua abſorbuiſſet nos.

Torrentem pertranſivit anima noſtra, * forſitàn pertranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilem.

Benedictus Dominus, * qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.

Anima noſtra, ſicut paſſer, erepta eſt * de laqueo venantium;

Laqueus contritus eſt, * & nos liberati ſumus.

Adjutorium noſtrum in nomine Domini, * qui fecit cœlum & terram. Gloria Patri, &c.



IV. Ant. Magnificavit Dominus facere no-



biſcum; fac- ti ſu- mus lætan tes.

Pſalmus 125.



IN conver tendo Dominus captivitatem

Sion, * Facti ſumus ſicut conſolati 5. a.

Tunc repletum eſt gaudio os noſtrum, * & lingua noſtra exultatione:

Digitized by Google

Tunc dicent inter gentes ; * magnificavit Dominus facere cum eis.

Magnificavit Dominus facere nobiscum; * facti sumus lætantes.

Converte , Domine , captivitatem nostram , * sicut torrens in austro.

Qui seminant in lacrymis , * in exultatióne metent.

Euntes ibant,& flebant,*mittentes semina sua.

Venientes autem venient cum exultatione , * portantes manipulos suos. Gloria Patri , &c.

V. Ant. Adhæreat lingua mea faucibus



meis , si non proposuero Jerusalem,



in principio lætitiæ meæ.

Psalmus 136.



SUper flumina Babylonis illic sedimus



& flevimus, * Cùm recordaremur Sion. 6. F.

In salicibus , in medio ejus , * suspendimus organa nostra :

Quia illic interrogaverunt nos , qui captivos duxerunt nos , * verba cantionum ;

Et qui abduxerunt nos ; * hymnum cantate nobis de canticis Sion.

Digitized by Google

Quomodò cantabimus canticum Domini * in terra aliena!

Si oblitus fuero tuî, Jeruſalem, * oblivioni detur dextera mea:

Adhæreat lingua mea faucibus meis, * ſi non meminero tuî.

Si non propoſuero Jeruſalem, * in principio lætitiæ meæ.

Memor eſto, Domine, filiorum Edom, * in die Jeruſalem;

Qui dicunt: Exinanite, exinanite * uſquè ad fundamentum in ea.

Filia Babylonis miſera; * beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuiſti nobis:

Beatus qui tenebit, * & allidet parvulos tuos ad petram. Gloria Patri, &c.

Capitul. 1. Pet. 1. 3. 4.

BEnedictus Deus qui ſecundùm miſericordiam ſuam magnam regeneravit nos in hæreditatem immarceſſibilem, conſervatam in cœlis in vobis.

Hymnus de 1.



Tu vota præcurris, Pater,
Magnamque protendis manum;

Digitized by Google

Jàm fulta tanto robore
Surgit potens infirmitas.
Quæ sæva non premunt mala
Vinces, malis potentior:
Te noſtra duræ ſentiet
Mens ſervitutis vindicem.
Quin vile corpus, Filii
Fulgore donabis tui;
At illa venalis patet
Multo labore gloria.
Felix labor quem recreas
Tàm ſplendidâ rerum vice!
Fletu quis æternum brevi
Neget paciſci gaudium?
Sit laus Patri, laus Filio;
Utrumque qui nectis, Deus,
Utrique compar, ſit tibi
Laus ſempiterna, Spiritus. Amen.
℣. Elegit nobis hæreditatem ſuam,
℟. Speciem Jacob quam dilexit.

Ad Magn. *Ant.* Magnificat anima mea Dominum, quia fecit mihi magna qui potens eſt. 7. c.

Deindè ℣. Dom. vob. *& Oratio, niſi dicantur preces; tunc Orat. dicitur poſt Preces ſeq. quæ non dicuntur in Feriis per annum.*

In aliis Feriis vel Officiis, ſi dicendæ ſint,

Digitized by Google

dicuntur flexibus genibus, ut notantur pro Compl. vide infrà.

Sacerdos hebdomadarius dicit : Kyrie, eleïſon. *Chorus reſpondet* Chriſte, eleïſon. Kyrie, eleïſon. *Sacerd.* Pater noſter, *ſecretò. Altâ voce dicit* : ℣. Et ne nos inducas in tentationem; *chor. reſp.* ℟. Sed libera nos à malo.

℣. Oremus pro ſancta Dei Eccleſia.

℟. Memor eſto congregationis tuæ quam poſſediſti ab initio.

℣. Pro Antiſtite noſtro N.

℟. Det ei Deus gratiam in opus miniſterii.

℣. Pro Clero noſtro.

℟. Sacerdotes tui induantur juſtitiam, & Sancti tui exultent.

℣. Pro Rege noſtro N.

℟. Domine, ſalvum fac Regem.

℣. Pro univerſo populo chriſtiano.

℟. Salvum fac populum tuum, Domine, & benedic hæreditati tuæ.

℣. Pro nobiſmetipſis.

℟. Fiat miſericordia tua, Domine, ſuper nos, quemadmodùm ſperavimus in te.

℣. Pro benefactoribus noſtris.

℟. Reddat Dominus pro opere plenam mercedem.

℣. Pro infirmis & afflictis.

℟. Libera, Deus, Iſraël ex omnibus tribulationibus ſuis.

℣. Pro cunctis fidelibus defunctis.

℟. A peccatis ſolvantur.

℣. Domine, exaudi orationem meam,

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Digitized by Google

℣. Dominus vobiscum,
℟. Et cum Spiritu tuo.

Deindè Oratio propria cum terminatione ordinaria, postquam dicuntur Suffragia seu Commemorationes sequentes. Si facienda sit Commemoratio propria de aliquo Sancto, fit immediatè post Orationem, & antè Suffragia.

De Sancta Cruce.

Ant. de 7.



ç. Mi- hi abſit gloriari, niſi in



Cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti.
℣. Ipſe enim eſt pax noſtra,
℟. Solvens inimicitias in carne ſua.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Oremus.

ADeſto nobis, Domine Deus noſter, & præſta ut qui in Cruce gloriamur, Chriſto crucifixo compatientes conglorificemur.

De Sancta Maria.

Ant. de 3.



à. Benedictus Dominus qui te di-



rexit in vulnera capitis principis inimico-



rum noſtrorum.
℣. Invoca Dominum;
℟. Loquere Regi pro nobis.

Digitized by Google

Oremus.

COncede, miſericors Deus, fragilitati noſtræ præſidium, ut qui ſanctæ Dei Genitricis memoriam agimus, interceſſionis ejus auxilio, à noſtris iniquitatibus reſurgamus.

De Patrono.

Antiphona & ℣. de Communi vel Proprio, ut in ſecundis Veſperis.

Oremus.

EJus, *vel* eorum, apud te, Domine, ſentiamus auxilium de cujus, *vel* quorum, patrocinio gaudemus.

De omnibus Sanctis.

Ant. de 1.



℣. Gaudete & exultate,

℟. Merces veſtra multa eſt in cœlo.

Oremus.

IMplorent pro nobis miſericordiam tuam, Deus, omnes Sancti, & precibus eorum concede, ut eorum exempla imitantes, cum ipſis coronari mereamur.

Digitized by Google

De Pace.



Ant de 2. D. Deus meminerit teſtamenti



ſui, & faciat pa- cem, nec deſe-



rat in tempore malo.

℣. Fiat pax in virtute tua,

℟. Et abundantia in turribus tuis.

Oremus.

DEus, à quo ſancta deſideria, recta conſilia, & juſta ſunt opera, da ſervis tuis illam quam mundus dare non poteſt pacem, ut & corda noſtra mandatis tuis dedita, & hoſtium ſublatâ formidine, tempora ſint tuâ protectione tranquilla. Per Dominum, &c.

AD COMPLETORIUM.

Converte nos, Deus, &c.
Deus, in adjutorium, &c.

Antiphona ut in Dominica, pag. 9.

Pſalmus 6.

DOmine, ne in furore tùo arguas me, neque in ira tua cŏrripias me.

Digitized by Google

Miſerere meî, Domine, quoniam infirmus ſum; * ſana me, Domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea:

Et anima mea turbata eſt valdè; * ſed tu, Domine, uſquequò?

Convertere, Domine, & eripe animam meam: * ſalvum me fac propter miſericordiam tuam;

Quoniam non eſt in morte, qui memor ſit tuî, * in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo; lavabo per ſingulas noctès lectum meum, * lacrymis meis ſtratum meum rigabo.

Turbatus eſt à furore oculus meus; * inveteravi inter omnes inimicos meos.

Diſcedite à me, omnes qui operamini iniquitatem; * quoniam exaudivit Dominus vocem fletûs mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam: * Dominus orationem meam ſuſcepit.

Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimici mei: * convertantur & erubeſcant valdè velociter. Gloria Patri, &c.

Pſalmus 7.

DOmine Deus meus, in te ſperavi: * ſalvum me fac ex omnibus perſequentibus me, & libera me.

Nequandò rapiat ut leo animam meam, * dùm non eſt qui redimat, neque qui ſalvum faciat.

Domine Deus meus, ſi feci iſtud; * ſi eſt iniquitas in manibus meis.

Si

Si reddidi retribuentibus mihi mala, * decidam meritò ab inimicis meis inanis;

Persequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & conculcet in terrà vitam meam, * & gloriam meam in pulverem deducat.

Exurge, Domine, in ira tua, * & exaltare in finibus inimicorum meorum.

Et exurge, Domine Deus meus, * in præceptò quod mandasti.

Et synagoga populorum circumdabit te; * & propter hanc in altùm regredere.

Dominus judicat populos: * judica me, Domine, secundùm justitiam meam, & secundùm innocentiam meam super me.

Consumetur nequitiæ peccatorum; * & diriges justum, scrutans corda & renes, Deus.

Justum adjutorium meum à Domino, * qui salvos facit rectos corde. Gloria Patri, &c.

Divisio Psalmi 7.

DEus judex justus, fortis & patiens; * numquid irascitur per singulos dies?

Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit: * arcum suum tetendit, & paravit illum:

Et in eo paravit vasa mortis: * sagittas suas ardentibus effecit.

Ecce parturiit injustitiam; * concepit dolorem, & peperit iniquitatem.

Lacum aperuit, & effodit eum; * & incidit in foveam quam fecit.

Convertetur dolor ejus in caput ejus; * & in verticem ipsius iniquitas ejus descendet.

Digitized by Google

Confitebor Domino ſecundùm juſtìtiam ejus: * & pſallam nomini Dòmini altiſſimi.

Gloria Pàtri, &c.

In omni duplici, Hymn. & Antiph. ad Nunc dimittis, *ut in Proprio vel de Communi.*

In ſemidupl. & ſimplicib. Hymnus ut in Completorio Dominicæ, ut ſup. pag. 11.

In Feriis verò, ut ſequitur.

Hymnus de 1. t.

GRates, peracto jam die, Deus, tibi perſolvimus; Pronoque, dùm nox incipit, Proſternimus vultu preces.

Quod longa peccavit dies, *&c. pag. 12.*

Capitul. 1. Theſſ. 5. 10.

SIve vigilemus, ſive dormiamus, ſimul cum (Chriſto) vivamus. ℟. Deo gratias.

℣. Cuſtodi nos, Domine, ut pupillam oculi.

℟. Sub umbra alarum tuarum protege nos.

Ad Nunc dimittis, *Ant.* Scuto circumdabit, *&c. pag. 12.*

In ſimplicibus Feſtis, & in Feriis dicuntur preces ſequentes, ſed non flexis genibus: ſi autem dictæ ſunt preces ad Veſperas, preces ſequentes dicuntur flexis genibus.

Digitized by Google

Preces. Celebrans Hebdom.













Celebr. Confiteor, &c. *clarâ voce, ſine cantu.*





Eodem modo cantantur omnes ℣℣. *ſeqq.*

℣. Illumina, Domine, oculos meos,
℟. Ne unquàm obdormiam in morte.
℣. Non regnet peccatum
℟. In noſtro mortali corpore.

Digitized by Google

℣. In manus tuas, Domine,
℟. Commendo ſpiritum meum.
℣. Domine, exaudi orationem meam:
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum,
℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

ILlumina, quæſumus, Domine, tenebras noſtras, & totius noctis inſidias, tu à nobis repelle propitius; Per Dominum. &c.

℣. Dominus vobiſcum,
℟. Et cum Spiritu tuo.
℣. Benedicamus Domino, &c.
℟. Fidelium animæ, &c.

FERIA TERTIA.

AD VESPERAS.

I. Antiphona.



CUm his qui oderunt pacem, e-ram



pacificus.

Pſalmus 119.



AD Dominum, cùm tribularer, clamavi; *



Et exaudivit me. 3. à.

Domine, libera animam meam à labiis iniquis, * & à lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi * ad linguam dolosam?

Sagittæ potentis acutæ, * cum carbonibus desolatoriis.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est! * habitavi cum habitantibus Cedar; multùm incola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus; * cùm loquebar illis, impugnabant me gratis. Gloria Patri, &c.



II. Ant. Propter fratres me-os, & proxi-



mos meos, loquebar pa- cem.

Psalmus 121.



Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi: *



In domum Domini ibimus. 6. F.

Stantes erant pedes nostri * in atriis tuis, Jerusalem;

Jerusalem quæ ædfiicatur ut civitas, * cujus participatio ejus in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domi-

Digitized by Google

ni; * teſtimonium Iſraël, ad confitendum nomini Domini.

Quia illic ſederunt ſedes in judicio, * ſedes ſuper domum David.

Rogate quæ ad pacem ſunt Jeruſalem; * & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua, * & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos & proximos meos, * loquebar pacem de te.

Propter domum Domini Dei noſtri, * quæſivi bona tibi. Gloria Patri, &c.



III. Ant. Quàm bonum & quàm jucun-



dum habitare fratres in unum!

Pſalmus 132.



ECce quàm bonum, & quàm jucundum *



Habitare fratres in unum! 4. *a.*

Sicut unguentum in capite, * quod deſcendit in barbam, barbam Aaron;

Quod deſcendit in oram veſtimenti ejus, * ſicut ros Hermon qui deſcendit in montem Sion;

Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem, * & vitam uſquè in ſæculum.

Gloria Patri, &c.

Digitized by Google



IV. Ant. Corripiet me justus in misericor-



dia, & increpabit me.

Psalmus 140.



DOmine, clamavi ad te, exaudi



me; * Intende voci meæ, cùm clamavero



ad te. 5. c.

Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: * elevatio manuum mearum, sacrificium vespertinum.

Pone, Domine, custodiam ori meo, * & ostium circumstantiæ labiis meis.

Non declines cor meum in verba malitiæ, * ad excusandas excusationes in peccatis;

Cum hominibus operantibus iniquitatem; * & non communicabo cum electis eorum.

Corripiet me justus in misericordia, & increpabit me: * oleum autem peccatoris non impinguet caput meum;

Quoniàm adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum: * absorpti sunt juncti petræ judices eorum:

Audient verba mea, quoniàm potuerunt: * sicut crassitudo terræ erupta est super terram;

Dissipata sunt ossa nostra secùs infernum, *

Digitized by Google

quia ad te, Domine, Domine oculi mei, in te ſperavi, non auferas animam meam.

Cuſtodi me à laqueo quem ſtatuerunt mihi, * & à ſcandalis operantium iniquitatem.

Cadent in retiaculo ejus peccatores, * ſingulariter ſum ego, donec tranſeam.

Gloria Patri, &c.



V. Ant. Me expectant juſti, donec retri-



buas mihi.

Pſalmus 141.



VOce meâ ad Dominum clamavi: * Vo-



ce meâ ad Dominum deprecatus ſum; i. f.

Effundo in conſpectu ejus orationem meam, * & tribulationem meam antè ipſum pronuntio;

In deficiendo ex me ſpiritum meum; * & tu cognoviſti ſemitas meas.

In via hac quâ ambulabam, * abſconderunt laqueum mihi.

Conſiderabam ad dexteram, & videbam; * & non erat qui cognoſceret me.

Periit fuga à me, * & non eſt qui requirat animam meam.

Clamavi ad te, Domine: * dixi, tu es ſpes mea, portio mea in terra viventium.

Digitized by Google

Intende ad deprecationem meam; * quia humiliatus ſum nimis.

Libera me à perſequentibus me, * quia confortati ſunt ſuper me.

Educ de cuſtodia animam meam, ad confitendum nomini tuo: * me expectant juſti, donec retribuas mihi. Gloria Patri, &c.

Capitul. 1. Cor. 12. 26. 27.

SI quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra; ſive gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra: vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra de membro.

Hymnus de 1.



Quod terra clamat, & polus,
Natura quod cunctos docet,
Quod lex Tonantis præcipit,
Amare numen diſcite.

Omnes jubet quos condidit
Æternus omnium Parens,
Amore necti mutuo;
Amare fratres diſcite.

Digitized by Google

Perenne pondus gloriæ,
Et pura cœli gaudia
Præferte nugis ſæculi;
Amare voſmet diſcite.
Præſta, beata Trinitas,
Ut legis ad facem tuæ
Vitemus omne quod vetas,
Sectemur omne quod jubes. Amen.

℣. Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem.

℟. In die mala liberabit eum Dominus.

Ad Magn. 

Ant. Tranſlati ſumus de morte ad 

vitam, quo- niam di li- gimus fratres: qui 

non di ligit, manet in mor- te. Magni- 

ficat. E u o u a e. 7. ç.

Preces, ſi dicendæ ſint, ut ſuprà, Feriâ ſecundâ, pag. 19.

Suffragia, ibid. pag. 21.

AD COMPLETORIUM.

Converte nos, &c.

Antiph. ut in Domin. pag. 9.

Digitized by Google

Pſalmus 12.

USquequò, Domine, oblivíſceris me in finem? * uſquequò avertis faciem tuam à me?

Quamdiù ponam conſilia in ànima mea, * dolorem in corde meo per diem?

Uſquequò exaltabitur inimicus meus ſuper me? * reſpice, & exaudi me, Domine Deus meus.

Illumina oculos meos, ne unquàm obdormiam in morte; * nequandò dicat inimicus meus: prævalui àdversùs eum.

Qui tribulant me exultabunt ſi motus fuero: * ego autem in miſericordia tùa ſperavi.

Exultabit cor meum in ſalutari tuo: cantabo Domino qui bona tribuit mihi, * & pſallam nomini Dòmini altiſſimi. Gloria Pàtri, &c.

Pſalmus 31.

BEati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, * & quorum tectà ſunt peccata.

Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum, * nec eſt in ſpiritù ejus dolus.

Quoniàm tacui, inveteraverùnt oſſa mea; * dùm clamarem totâ die.

Quoniàm die ac nocte gravata eſt ſuper me manus tua; * converſus ſum in ærumna mea, dùm configitur ſpina.

Delictum meum cognitum tibi feci, * & injuſtitiam meam non abſcondi.

Dixi: Confitebor adverſùm me injuſtitiam meam Domino; * & tu remiſiſti impietatem peccati mei.

Digitized by Google

Pro hac orabit ad tè omnis ſanctus * in tempore opportuno.

Verùmtamen in diluvio aquàrum multarum; * ad eum non àpproximabunt.

Tu es refugium meum à tribulatione quæ circumdedit me: * exultatio mea, erue me à circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in viâ hac quâ gradieris: * firmabo ſuper te òculos meos.

Nolite fieri ſicut equùs & mulus, * quibus non èſt intellectus.

In chamo & fræno maxillas eòrum conſtringe, * qui non approximant ad te.

Multa flagellà peccatoris: * ſperantem autem in Domino miſericordia circumdabit.

Lætamini in Domino, & exùltate, juſti; * & gloriamini, omnès recti corde. Gloria, &c.

Pſalmus 78.

DEus, venerunt gentes in hæreditatem tuam, * polluerunt templum ſanctum tuum, poſuerunt Jeruſalem in pomòrum cuſtodiam.

Poſuerunt morticina ſervorum tuorum eſcas volatìlibus cœli, * carnes ſanctorum tuorum bèſtiis terræ.

Effuderunt ſanguinem eorum tanquàm aquam in circuìtu Jeruſalem; * & non erat qui ſepeliret.

Facti ſumus opprobrium vìcinis noſtris; * ſubſannatio & illuſio his qui in circuìtu noſtro ſunt.

Uſquequò, Domine, iraſcèris in finem; * accendetur velut ignìs zelus tuus?

Digitized by Google

Effunde iram tuam in gentes quæ te non noverunt, * & in regna, quæ nomen tuum non invocaverunt;

Quia comederunt Jacob, * & locum ejus desolaverunt.

Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: * citò anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis.

Adjuva nos, Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos; * & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum;

Ne fortè dicant in gentibus: ubi est Deus eorum? * & innotescat in nationibus coràm oculis nostris.

Ultio sanguinis servorum tuorum, qui effusus est, * introëat in conspectu tuo gemitus compeditorum.

Secundùm magnitudinem brachii tui * possside filios mortificatorum;

Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum, * quod exprobraverunt tibi, Domine.

Nos autem populus tuus, & oves pascuæ tuæ, * confitebimur tibi in sæculum.

In generationem & generationem * annuntiabimus laudem tuam.

Gloria Patri, &c.

Hymnus Grates, peracto jam die, *&c. ut sup. Fer. sec. pag. 26.*

Digitized by Google

FERIA QUARTA,

AD VESPERAS.

I. Antiphona.



O- Culi noſtri ad Do minum Deum noſtrum, donec miſe re a-tur noſtrî.

Pſalmus 122.



AD te levavi oculos meos, * Qui habitas in cœlis. 7. d.

Ecce ſicut oculi ſervorum * in manibus Dominorum ſuorum;

Sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ ſuæ, * ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtrî.

Miſerere noſtrî, Domine, miſerere noſtrî; * quia multùm repleti ſumus deſpectione;

Quia multùm repleta eſt anima noſtra; * opprobrium abundantibus, & deſpectio ſuperbis.

Gloria Patri, &c.



II. Ant. Qui confidunt in Domino, ſicut

Digitized by Google



mons Sion: non commo- ve bitur in æ- ter-



num, qui habitat in Jeruſalem.

Pſalmus 124.



SIcut mons Sion; * Non commove-



bitur in æternum, qui habitat in Jeru-



ſalem. ℣. a.

Montes in circuitu ejus, * & Dominus in circuitu populi ſui, ex hoc, nunc, & uſquè in ſæculum:

Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum ſuper ſortem juſtorum, * ut non extendant juſti ad iniquitatem manus ſuas.

Benefac, Domine, bonis, * & rectis corde:

Declinantes autem in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem: * pax ſuper Iſraël. Gloria Patri, &c.



III. Ant. Niſi Dominus cuſtodierit civita-



tem, fruſtrà vigilat qui cuſto- dit eam.

Digitized by Google

Pſalmus 126.



Æ- Dificaverit domum, * In vanum laboraverunt qui ædificant eam. 8. d.

Niſi Dominus cuſtodierit civitatem, * fruſtrà vigilat qui cuſtodit eam.

Vanum eſt vobis antè lucem ſurgere : * ſurgite poſtquàm ſederitis, qui manducatis panem doloris.

Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum, * ecce hæreditas Domini, filii, merces, fructus ventris.

Sicut ſagittæ in manu potentis, * ita filii excuſſorum.

Beatus vir qui implevit deſiderium ſuum ex ipſis ; * non confundetur cùm loquetur inimicis ſuis in porta. Gloria Patri, &c.



IV. Ant. Suſtinuit anima mea in verbo ejus ſperavit anima mea in Domino.

Pſalmus 129.



D E profundis clamavi ad te, Domine ; * Domine, exaudi vocem meam. 2. D.

Digitized by Google

Fiant aures tuæ intendentes * in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obſervaveris, Domine, * Domine, quis ſuſtinebit?

Quia apud te propitiatio eſt, * & propter legem tuam ſuſtinui te, Domine.

Suſtinuit anima mea in verbo ejus: * ſperavit anima mea in Domino.

A cuſtodia matutina uſquè ad noctem * ſperet Iſraël in Domino;

Quia apud Dominum miſericordia, * & copioſa apud eum redemptio:

Et ipſe redimet Iſraël * ex omnibus iniquitatibus ejus. Gloria Patri, &c.



V. Ant. Speret Iſraël in Domino.

Pſalmus 130.



DOmine, non eſt exaltatum cor me-



um, * Neque elati ſunt oculi mei. 1. *a.*

Neque ambulavi in magnis, * neque in mirabilibus ſuper me.

Si non humiliter ſentiebam, * ſed exaltavi animam meam.

Sicut ablactatus eſt ſuper matre ſua, * ita retributio in anima mea.

Speret Iſraël in Domino, * ex hoc, nunc, & uſquè in ſæculum. Gloria Patri, &c.

Digitized by Google

Capitul. Rom. 15. 13.

DEus ſpei repleat vos omni gaudio & pace in credendo , ut abundetis in ſpe , & virtute Spiritûs ſancti.

Hymnus de 1.



CUr aut amictûs , aut cibi Te cura mordet anxia ? Homo , tibi veſtem , cibum, Rex ipſe mundi providet.
Qui veſtit agri lilia ,
Cœlique nutrit paſſeres ,
Te lilio pluris facit ,
Facitque pluris paſſere.
Eſcam petenti filio
Nùm ſcorpionem porrigis ?
Tibine cœleſtis Pater
Pro pane ſaxum porrigat ?
Ergò quieſce providi ,
Securus in ſinu Dei ;
Inter patres vel optimos ,
Se nemo tàm probat patrem.
Quæ vera promiſit bona ,
Sit cura primùm quærere ;
Si quæris , ultrò cætera ,
Voventis ad nutum fluent.
Tibi , Pater , cum Filio ,

Digitized by Google

Almo ſimul cum Spiritu,
Deo perenni, providò,
Honor, Deus, laus, gloria Amen.

℣. A cuſtodia matutina uſquè ad noctem,
℟. Speret Iſraël in Domino.

Ad Magn.



Ant. Miſericordia Domini à proge-



nie in proge- nies, timentibus eum. Mag-



ni- ficat. E u o u a e. 8. G.

Preces, ſi dicendæ ſint, & Suffragia, ut ſup. Fer. ſec. pag. 19. & 21.

AD COMPLETORIUM.

Converte nos, &c.

Ant. ut in Dom. pag. 9.

Pſalmus 10.

IN Domino confido: quomodò dicitis animæ meæ: * tranſmigra in montem ſicut paſſer?

Quoniàm ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt ſagittas ſuas in pharetra, * ut ſagittent in obſcuro rectos corde.

Quoniàm quæ perfeciſti, deſtruxerunt: * juſtus autem quid fecit?

Digitized by Google

Dominus in templò ſancto ſuo, * Dominus in cœlò ſedes ejus:

Oculi ejus in paupèrem reſpiciunt; * palpebræ ejus interrogant filios hominum.

Dominus interrogat jùſtum, & impium: * qui autem diligit iniquitatem, odit ànimam ſuam.

Pluet ſuper peccatòres laqueos: * ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum.

Quoniàm juſtus Dominus, & juſtitìas dilexit: * æquitatem vidìt vultus ejus.

Gloria Pàtri, &c.

Pſalmus 13.

DIxit inſipiens in corde ſuo, * nòn eſt Deus. Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtùdiis ſuis: * non eſt qui faciat bonum, non eſt ùſquè ad unum.

Dominus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum, * ut videat ſi eſt intelligens, aut rèquirens Deum.

Omnes declinaverunt, ſimul inùtiles facti ſunt: * non eſt qui faciat bonum, non eſt ùſquè ad unum.

Sepulchrum patèns eſt guttur eorum; linguis ſuis dolòsè agebant; * venenum aſpidum ſub labiis eorum.

Quorum os maledictione & amaritùdine plenum eſt: * veloces pedes eorum ad effùndendum ſanguinem.

Contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis nòn cognoverunt: * non eſt timor Dei antè oculos eorum.

Nonne cognoſcent omnes qui operantur iniqui-

Digitized by Google

tatem, * qui devorant plebem meam ſicut eſcam panis?

Dominum non invocaverunt; * illic trepidaverunt timore, ubi nòn erat timor.

Quoniàm Dominus in generatione juſta eſt, conſilium inopis confudiſtis, * quoniàm Dominus ſpes ejus eſt.

Quis dabit ex Sion ſalutare Iſraël? * cùm averterit Dominus captivitatem plebis ſuæ, exultabit Jacob, & lætàbitur Iſraël.

Gloria Pàtri, &c.

Pſalmus 15.

COnſerva me, Domine, quoniam ſpèravi in te: * dixi Domino: Deus meus es tu, quoniàm bonorum meòrum non eges.

Sanctis qui ſunt in terra ejus: * mirificavit omnes voluntates mèas in eis.

Multiplicatæ ſunt infirmitàtes eorum; * poſteà accèleraverunt.

Non congregabo conventicula eorùm de ſanguinibus; * nec memor ero nominùm eorum pèr labia mea.

Dominus pars hæreditatis meæ, & càlicis mei: * tu es qui reſtitues hæreditatèm meam mihi.

Funes ceciderunt mihì in præclaris, * etenim hæreditas mea præclàra eſt mihi.

Benedicam Dominum qui tribuit mihì intellectum; * inſuper & uſquè ad noctem increpuerunt me renes mei.

Providebam Dominum in conſpectù meo ſem-

per; * quoniàm à dexteris eſt mihi nè com
movear.

Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exu
tavit lingua mea: * inſuper & caro mea requie
cet in ſpe.

Quoniàm non derelinques animam meam i
inferno, * nec dabis ſanctum tuum videre co
ruptionem.

Notas mihi feciſti vias vitæ, adimplebis m
lætitiâ cum vultu tuo: * delectationes in dexter
tua uſquè in finem. Gloria Patri, &c.

Hymnus Grates, peracto jam die, *cæteraqu*
ut ſup. Fer. ſec. pag. 26.

FERIA QUINTA,

AD VESPERAS.

I. Antiphona.



C Re- didi, propter quod locutus ſum.

Pſalmus 115.



P Ropter quod locutus ſum; * Ego au-



tem humiliatus ſum nimis: 8. c.

Ego dixi in exceſſu meo, * omnis hom
mendax.

Quid retribuam Domino * pro omnibus quæ retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam, * & nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam coràm omni populo ejus: * pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus.

O Domine, quia ego servus tuus; * ego servus tuus, & filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea, * tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus, * in atriis domûs Domini, in medio tuî, Jerusalem. Gloria Patri, &c.



II. Ant. Confi- te- bor nomini tuo, Domi-



ne, super misericordi a tu- a.

Psalmus 137.



TIbi, Domine, in toto corde meo, *



quoniàm audisti verba oris mei. 1. g.

In conspectu Angelorum psallam tibi; * adorabo ad templum sanctum tuum.

Et confitebor nomini tuo, super misericordia tua, & veritate tua; * quoniàm magnificasti super omne, nomen sanctum tuum.

Digitized by Google

In quacumque die invocavero te, exaudi me, * multiplicabis in anima mea virtutem.

Confiteantur tibi, Domine, omnes Reges terræ, * quia audierunt omnia verba oris tui;

Et cantent in viis Domini, * quoniàm magna est gloria Domini.

Quoniàm excelsus Dominus, & humilia respicit, * & alta à longè cognoscit.

Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me; * & super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, & salvum me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me: * Domine, misericordia tua in sæculum: opera manuum tuarum ne despicias. Gloria Patri, &c.



III. Ant. Genera- tio & genera- tio lauda-



bit o-pera tu- a, & mirabi- li a tu a nar-



ra- bunt.

Psalmus 144.



E- Xaltabo te, Deus meus Rex; * Et



benedicam nomini tuo in sæculum, &



in sæculum sæculi. 7. d.

Per

Per ſingulos dies benedicam tibi; * & laudabo nomen tuum in ſæculum, & in ſæculum ſæculi.

Magnus Dominus, & laudabilis nimis, * & magnitudinis ejus non eſt finis.

Generatio & generatio laudabit opera tua, * & potentiam tuam pronuntiabunt.

Magnificentiam gloriæ ſanctitatis tuæ loquentur, * & mirabilia tua narrabunt;

Et virtutem terribilium tuorum dicent, * & magnitudinem tuam narrabunt:

Memoriam abundantiæ ſuavitatis tuæ eructabunt, * & juſtitiâ tuâ exultabunt.

Gloria Patri, &c.



IV. Ant. Fidelis Dominus in omnibus ver-



bis ſuis.

Diviſio Pſalmi 144.



Miſerator & miſericors Dominus; *

Patiens & multùm miſericors. 4 a.

Suavis Dominus univerſis, * & miſerationes ejus ſuper omnia opera ejus.

Confiteantur tibi, Domine, omnia opera tua, * & ſancti tui benedicant tibi.

Gloriam regni tui dicent, * & potentiam tuam loquentur;

Digitized by Google

Ut notam faciant filiis hominum potentiam tuam, * & gloriam magnificentiæ regni tui.

Regnum tuum, regnum omnium sæculorum; * & dominatio tua in omni generatione & generationem.

Fidelis Dominus in omnibus verbis suis, * & sanctus in omnibus operibus suis.

Allevat Dominus omnes qui corruunt, * & erigit omnes elisos.

Oculi omnium in te sperant, Domine; * & tu das escam illorum in tempore opportuno:

Aperis tu manum tuam, * & imples omne animal benedictione. Gloria Patri, &c.



V. Ant. Propè est Dominus omnibus invo-



cantibus eum in verita- te.

Altera Divisio Psalmi 144.

Justus Dominus in omnibus viis suis, *



Et sanctus in omnibus operibus suis. 5. a.

Propè est Dominus omnibus invocantibus eum; * omnibus invocantibus eum in veritate.

Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, * & salvos faciet eos.

Custodit Dominus omnes diligentes se, * & omnes peccatores disperdet.

Laudationem Domini loquetur os meum, * &

Digitized by Google

benedicat omnis caro nomini sancto ejus in sæculum, & in sæculum sæculi. Gloria Patri, &c.

Capitul. Rom. 10. 10.

COrde creditur ad justitiam, ore autem confessio sit ad salutem.

Hymnus de 1.



O Fortis! ô clemens Deus! Salutis autor, tu fidem Nostris potenter insere, Germen salutis cordibus.

Hinc omne robur ducimus;
Hæc arma nobis, hôc manus.
Protecta scuto flammea
Retundet hostis spicula.

Hinc fundimus preces tibi
Sacri sub umbra nominis,
Quo nititur spes omnium
Uno salutis pignore.

Placatus illo nomine,
Labantibus feres opem,
Dabisque sanctam, degener
Ne vita deturpet fidem.

Sit laus Patri, laus Filio:
Par sit tibi laus, Spiritus,
Infusa per quem cordibus
Relucet imis veritas. Amen.

℣. Os meum annuntiabit justitiam tuam;
℟. Totâ die salutare tuum.

Digitized by Google

Ad Magn. 

Ant. Omnis qui credit in il lum, non

confunde- tur. Magni ficat. E u o u a e. 7. *d.*

Preces, ſi dicendæ ſint, & Suffragia, ut ſup. Fer. ſec. pag. 20.

AD COMPLETORIUM.

Converte nos, Deus, &c.

Ant. ut in Dom. pag. 9.

Pſalmus 11.

SAlvum me fac, Domine, quoniàm defecit ſanctus; * quoniàm diminutæ ſunt veritates à filiis hominum.

Vana locuti ſunt unuſquiſque ad proximum ſuum, * labia doloſa, in corde & corde locuti ſunt.

Diſperdat Dominus univerſa labia doloſa, * & linguam magniloquam;

Qui dixerunt, linguam noſtram magnificabimus, labia noſtra à nobis ſunt: * quis noſter Dominus eſt?

Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum, * nunc exurgam, dicit Dominus.

Ponam in ſalutari; * fiduciaiter agam in eo.

Eloquia Domini, eloquia caſta, * argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplum.

Tu, Domine, ſervabis nos & cuſtodies nos * à generatione hac in æternum.

Digitized by Google

In circuitu impii ambulant: * ſecundùm altitudinem tuam multiplicaſti filios hominum.

Gloria Patri, &c.

Pſalmus 38.

DIxi: Cuſtodiam vias meas, * ut non delinquam in lingua mea.

Poſui ori meo cuſtodiam, * cùm conſiſteret peccator adversùm me.

Obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui à bonis; * & dolor meus renovatus eſt.

Concaluit cor meum intrà me, & in meditatione mea exardeſcet ignis: * locutus ſum in lingua mea.

Notum fac mihi, Domine, finem meum, & numerum dierum meorum, quis eſt, * ut ſciam quid deſit mihi.

Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos; * & ſubſtantia mea tanquàm nihilum antè te.

Verùmtamen univerſa vanitas, * omnis homo vivens.

Verùmtamen in imagine pertranſit homo; * ſed & fruſtrà conturbatur.

Theſaurizat, * & ignorat cui congregabit ea.

Et nunc quæ eſt expectatio mea, nonne Dominus? * & ſubſtantia mea apud te eſt.

Gloria Patri, &c.

Diviſio Pſalmi 38.

AB omnibus iniquitatibus erue me; * opprobrium inſipienti dediſti me.

Obmutui, & non aperui os meum; * quoniàm tu feciſti.

Digitized by Google

Amove à me plagas tuas : * à fortitudine manûs tuæ ego defeci, in increpationibus.

Propter iniquitatem corripuiſti hominem, & tabeſcere feciſti ſicut araneam animam ejus : * verùmtamen vanè conturbatur omnis homo.

Exaudi orationem meam, Domine, & deprecationem meam : * auribus percipe lacrymas meas.

Ne ſileas, quoniam advena ego ſum apud te, & peregrinus, * ſicut omnes patres mei.

Remitte mihi ut refrigerer, priuſquàm abeam ; * & ampliùs non ero. Gloria Patri, &c.

Hymnus Grates, peracto jàm die, *cæteraque ut ſup. Fer. ſec. pag. 26.*

FERIA SEXTA.

AD VESPERAS.

Si fiat Officium de B. M. V. in Sabbato, vide ad calcem Communis Sanctorum.

I. Antiphona.



Pſalmus 128.



Iſra ël. 4. c.

Sæpè expugnaverunt me à juventute mea; * etenim non potuerunt mihi.

Suprà dorsum meum fabricaverunt peccatores; * prolongaverunt iniquitatem suam.

Dominus justus, * concidit cervices peccatorum.

Confundantur & convertantur retrorsùm * omnes qui oderunt Sion.

Fiant sicut fœnum tectorum, * quod, priusquàm evellatur, exaruit:

De quo non implevit manum suam, qui metit: * & sinum suum, qui manipulos colligit.

Et non dixerunt qui præteribant: benedictio Domini super vos: * benedixímus vobis in nomine Domini. Gloria Patri, &c.



II. Ant. Do- mine, probasti me, & cogno-



visti me.

Psalmus 138.



PRobasti me, & cognovisti me: * Tu

cognovisti sessionem meam & resurrectionem meam. 8. c.



Intellexisti cogitationes meas de longè: * semitam meam, & funiculum meum investigasti;

Et omnes vias meas prævidisti, * quia non est sermo in lingua mea.

Digitized by Google

Ecce, Domine, tu cognoviſti omnia, noviſſima & antiqua : * tu formaſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam.

Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me : * confortata eſt, & non potero ad eam.

Quò ibo à ſpiritu tuo ? * & quò à facie tua fugiam ?

Si aſcendero in cœlum, tu illìc es : * ſi deſcendero in infernum, ades.

Si ſumpſero pennas meas diluculò, * & habitavero in extremis maris ;

Etenim illùc manus tua deducet me, * & tenebit me dextera tua.

Et dixi, forſitàn tenebræ conculcabunt me ; * & nox illuminatio mea in deliciis meis.

Quia tenebræ non obſcurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminabitur ; * ſicut tenebræ ejus, ita & lumen ejus.

Quia tu poſſediſti renes meos : * ſuſcepiſti me de utero meæ. Gloria Patri, &c.



III. Ant. Confitebor ti- bi, Domine, quia



terribi- liter magnificatus es.

Diviſio Pſalmi 138.



Tibi, Domine, quia terribiliter magnifi-



catus es ; * Mirabilia opera tua, & anima

mea cognoscit nimis. 6. F.

Non est occultatum os meum à te, quod fecisti in occulto; * & substantia mea in inferioribus terræ.

Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur: * dies formabuntur, & nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, Deus: * nimis confortatus est principatus eorum;

Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur; * exurrexi, & adhuc sum tecum.

Si occideris, Deus, peccatores; * viri sanguinum, declinate à me.

Quia dicitis in cogitatione: * accipient in vanitate civitates tuas.

Nonne qui oderunt te, Domine, oderam? * & super inimicos tuos tabescebam?

Perfecto odio oderam illos; * & inimici facti sunt mihi.

Proba me, Deus, & scito cor meum; * interroga me, & cognosce semitas meas;

Et vide, si via iniquitatis in me est; * & deduc me in via æterna.

Gloria Patri, &c.

IV. Ant. Custodi me, Domine, de manu peccato- ris.

Digitized by Google

Pſalmus 139.



E- Ripe me, Domine, ab homine ma-

lo : * A viro iniquo eripe me. 3. b.

Qui cogitaverunt iniquitates in corde : * totâ die conſtituebant prælia :

Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentis : * venenum aſpidum ſub labiis eorum.

Cuſtodi me, Domine, de manu peccatoris; * & ab hominibus iniquis eripe me.

Qui cogitaverunt ſupplantare greſſus meos : * abſconderunt ſuperbi laqueum mihi.

Et funes extenderunt in laqueum : * juxtà iter ſcandalum poſuerunt mihi.

Dixi Domino, Deus meus es tu; * exaudi, Domine, vocem deprecationis meæ. Gloria, &c.



V. Ant. Domine, Domine, virtus ſalutis



meæ, obumbraſti ſuper caput meum in



die belli.

Diviſio Pſalmi 139.



V Irtus ſalutis meæ, * Obumbraſti ſuper



caput meum in die belli. 7. b.

Digitized by Google

Ne tradas me, Domine, à desiderio meo peccatori; * cogitaverunt contrà me, ne derelinquas me, ne fortè exaltentur.

Caput circuitûs eorum: * labor labiorum ipsorum operiet eos:

Cadent super eos carbones; in ignem dejicies eos; * in miseriis non subsistent.

Vir linguosus non dirigetur in terra; * virum injustum mala capient in interitu.

Cognovi quia faciet Dominus judicium inopis, * & vindictam pauperum.

Verùmtamen justi confitebuntur nomini tuo, * & habitabunt recti cum vultu tuo.

Gloria Patri, &c.

Capitul. 1. Pet. 2. 21.

CHristus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus.

Hymnus de 1.



Vestræ salutis pignus est.
Divina mundi victima,
Amando non servas modum;
Cur totus it venis cruor?
Guttam dedisse sufficit.
Immensus hoc amor jubet,
Suasque dat leges tibi:

Digitized by Google

Hic ſolus imponit crucem,
Et crux amanti ſit levis.
Sic ergò, Chriſte, nos amas!
Salvare ſic mundum juvat;
O ter beatum, cui licet
Tecum pati, tecum mori!
Qui nos creavit, laus Patri;
Qui nos redemit Filio:
Fovens redemptos gratiâ,
Sit par, tibi, laus, Spiritus. Amen.

℣. Chriſto paſſo in carne;
℟. Et vos eâdem cogitatione armamini.



Preces, ſi dicendæ ſint, & Suffragia, ut ſup. Fer. ſec.

AD COMPLETORIUM.

Converte nos, Deus, &c.

Antiphona ut in Dominica, pag. 9.

Pſalmus 37.

DOmine, ne in furore tùo arguas me, * neque in iræ tuà corripias me.
Quoniàm ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi * & confirmaſti ſuper mè manum tuam.

Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ; * non eſt pax oſſibus meis à facie peccatòrum meorum.

Quoniàm iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum: * & ſicut onus grave gravàtæ ſunt ſuper me.

Putruerunt & corruptæ ſunt cicàtrices meæ, * à facie inſipiéntiæ meæ.

Miſer factus ſum, & curvatus ſum ùſquè in finem: * totâ die contriſtatus ingrèdiebar.

Quoniàm lumbi mei impléti ſunt illuſionibus; * & non eſt ſanitas in carne mea.

Afflictus ſum & humiliàtus ſum nimis; * rugiebam à gemitù cordis mei.

Domine, antè te omne deſidérium meum; * & gemitus meus à te non eſt abſconditus.

Cor meum conturbatum eſt, dereliquit me virtus mea; * & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum. Gloria Pàtri, &c.

Diviſio Pſalmi 37.

AMici mei & pròximi mei * adversùm me appropinquaverunt & ſteterunt.

Et qui juxtà me erant, de lòngè ſteterunt; * & vim faciebant, qui quærebant ànimam meam;

Et qui inquirebant mala mihi, locuti ſunt vanitates; * & dolos totâ die meditabantur.

Ego autèm, tanquàm ſurdus, non audiebam, * & ſicut mutus non aperiens os ſuum.

Et factus ſum ſicut hòmo non audiens, * & non habens in ore ſuo redàrgutiones.

Quoniàm in te, Domine, ſperavi, * tu exaudies me, Dominè, Deus meus.

Digitized by Google

Quia dixi : nequandò ſupergaudeant mihi inimici mei : * & dùm commoventur pedes mei, ſuper me màgna locuti ſunt.

Quoniàm ego in flagèlla paratus ſum ; * & dolor meus in conſpectù meo ſemper.

Quoniàm iniquitatem meam annuntiabo ; * & cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei vivunt, & confirmàti ſunt ſuper me, * & multiplicati ſunt qui oderunt me iniquè.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi, * quoniàm ſequebatùr bonitatem.

Ne derelinquas me, Dominè Deus meus, * ne diſcèſſeris à me.

Intende in adjutòrium meum, * Domine Deus ſalutis meæ. Gloria Patri, &c.

Pſalmus 55.

MIſerere meî, Deus, quoniàm conculcàvit me homo ; ✠ totâ die impugnàns tribulavit me.

Conculcaverunt me inimici meì totâ die ; * quoniàm multi bellàntes adversùm me.

Ab altitudine dièi timebo : * ego verò in te ſperabo.

In Deo laudabo ſermones meos, in Deo ſperavi : * non timebo quid faciat mihi caro.

Totâ die verba mea èxecrabuntur : * adversùm me omnes cogitationes eòrum in malum.

Inhabitabùnt, & abſcondent : * ipſi calcaneum meùm obſervabunt.

Sicut ſuſtinuerunt animam meam, pro nihilo

salvos facies illos : * in ira populos confringes.

Deus, vitam meam annuntiavi tibi ; * posuisti lacrymas meas in conspectu tuo, sicut & in promissione tua.

Tunc convertentur inimici mei retrorsum, * in quacumque die invocavero te.

Ecce cognovi * quoniam Deus meus es.

In Deo laudabo verbum, * in Domino laudabo sermonem.

In Deo speravi : * non timebo quid faciat mihi homo.

In me sunt, Deus, vota tua, * quæ reddam laudationes tibi ;

Quoniam eripuisti animam meam de morte, & pedes meos de lapsu ; * ut placeam coram Deo in lumine viventium.

Gloria Patri, &c.

Hymnus Grates, peracto, *&c. cæteraque, ut sup. Fer. sec. pag. 26.*

SABBATO,

AD VESPERAS.

I. Antiphona.



Digitized by Google

Pſalmus 127.



Qui timent Dominum, * Qui ambulant in viis ejus. 1. f.

Labores manuum tuarum quia manducabis: * beatus es, & benè tibi erit.

Uxor tua ſicut vitis abundans * in lateribus domûs tuæ.

Filii tui ſicut novellæ olivarum, * in circuitu menſæ tuæ.

Ecce ſic benedicetur homo, * qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion; * & videas bona Jeruſalem omnibus diebus vitæ tuæ;

Et videas filios filiorum tuorum; * pacem ſuper Iſraël. Gloria Patri, &c.



II. Ant. Introïbimus in tabernaculum Domini.

Pſalmus 131.



Memento, Domine, David, * Et omnis manſuetudinis ejus. 5. a.

Sicut juravit Domino, * votum vovit Deo Jacob:

Si introïero in tabernaculum domûs meæ, * si ascendero in lectum stratı mei;

Si dedero somnum oculis meis, * & palpebris meis dormitationem;

Et requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino, * tabernaculum Deo Jacob.

Ecce audivimus eam in Ephrata, * invenimus eam in campis silvæ.

Introïbimus in tabernaculum ejus, * adorabimus in loco, ubi steterunt pedes ejus.

Surge, Domine, in requiem tuam; * tu & arca sanctificationis tuæ.

Sacerdotes tui induantur justitiam; * & Sancti tui exultent.

Propter David servum tuum, * non avertas faciem Christi tui. Gloria Patri, &c.



III. Ant. Sion requies mea, in sæculum



sæculi.

Divisio Psalmi 131.



JUravit Dominus David veritatem, &



non frustrabitur eam: * De fructu ven-



tris tui ponam super sedem tuam. 7. ç.

Si custodierint filii tui testamentum meum, * & testimonia mea hæc quæ docebo eos;

Et filii eorum uſquè in ſæculum * ſedebunt ſuper ſedem tuam.

Quoniàm elegit Dominus Sion : * elegit eam in habitationem ſibi.

Hæc requies mea in ſæculum ſæculi ; * hìc habitabo , quoniàm elegi eam.

Viduam ejus benedicens benedicam ; * pauperes ejus ſaturabo panibus.

Sacerdotes ejus induam ſalutari ; * & Sancti ejus exultatione exultabunt.

Illuc producam cornu David ; * paravi lucernam Chriſto meo.

Inimicos ejus induam confuſione ; * ſuper ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea.

Gloria Patri , &c.



IV. Ant. Deus meus miſericordia mea,



& ſuſceptor meus.

Pſalmus 143.



Benedictus Dominus Deus meus , qui



docet manus meas ad prælium , * Et



digitos meos ad bellum. 2. *D.*

Miſericordia mea , & refugium meum ; * ſuſceptor meus , & liberator meus ;

Protector meus , & in ipſo ſperavi : * qui ſubdit populum meum ſub me.

Digitized by Google

Domine, quid est homo, quia innotuisti ei? * aut filius hominis, quia reputas eum?

Homo vanitatis similis factus est: * dies ejus sicut umbra prætereunt.

Domine, inclina oculos tuos, & descende; * tange montes, & fumigabunt.

Fulgura coruscationem, & dissipabis eos; * emitte sagittas tuas, & conturbabis eos.

Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me de aquis multis; * de manu filiorum alienorum,

Quorum os locutum est vanitatem, * & dextera eorum dextera iniquitatis. Gloria Patri, &c.



V. Ant. Be-a tus populus cujus Dominus



Deus ejus.

Divisio Psalmi 143.

DEus, canticum novum cantabo tibi, *



In psalterio decachordo psallam tibi. 6. F.

Qui das salutem regibus; * qui redemisti David servum tuum, de gladio maligno eripe me,

Et erue me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem; * & dextera eorum, dextera iniquitatis:

Quorum filii sicut novellæ plantationes * in juventute sua.

Digitized by Google

Filiæ eorum compoſitæ, * circumornatæ ut ſimilitudo templi:

Promptuaria eorum plena, * eructantia ex hoc in illud:

Oves eorum fœtoſæ, abundantes in egreſſibus ſuis; * boves eorum craſſæ:

Non eſt ruina maceriæ, neque tranſitus, * neque clamor in plateis eorum.

Beatum dixerunt populum cui hæc ſunt: * beatus populus cujus Dominus Deus ejus.

Gloria Patri, &c.

Capitul. 1. Cor. 15. 58.

FRatres mei dilecti, ſtabiles eſtote, & immobiles, abundantes in opere Domini ſemper, ſcientes quòd labor veſter non eſt inanis in Domino.

Hymnus de 8.



Hîc ſpes, fides & charitas
Manent ſimul dùm vivimus:
Præſentis ævi poſt diem
Manebit una charitas.

O charitas! ô veritas!
O lux perennis! en erit
Poſt tot labores ut tuo
Tandem fruamur Sabbato.

Digitized by Google

Hìc millè per diſcrimina
Semen gementes ſpargimus:
Illìc ovante ſplendidam
Geſtabimus meſſem manu.
Tu trine, tu potens Deus,
Fructus adauge quos petis:
Illos coronans, munera
Æquus coronabis tua. Amen.

℣. Qui perſeveraverit uſquè in finem,
℟. Hìc ſalvus erit.

Ad Magn. *Ant. ut in Proprio, ſicut & Oratio.*

AD COMPLETORIUM.

Omnia, ut ad Compl. Domin.
Pſalmi verò, ut ſequuntur:

Pſalmus 50.

MIſerere meî, Deus, * ſecundùm magnam miſericordiam tuam.

Et ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum * dele iniquitatem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitate mea, * & à peccato meo munda me;

Quoniàm iniquitatem meam ego cognoſco, * & peccatum meum contrà me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccavi, & malum coràm te feci; * ut juſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, * & in peccatis concepit me mater mea.

Digitized by Google

Ecce enim veritatem dilexisti; * incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, & mundabor; * lavabis me, & super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam; * & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis; * & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus, * & spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me à facie tua; * & spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiam salutaris tui; * & Spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas; * & impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meæ; * & exultabit lingua mea justitiam tuam.

Domine, labia mea aperies; * & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniàm, si voluisses sacrificium, dedissem utiquè, * holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo, spiritus contribulatus: * cor contritum & humiliatum, Deus, non despicies.

Benignè fac, Domine, in bona voluntate tua, Sion, * ut ædificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes, & holocausta; * tunc imponent super altare tuum vitulos.

Gloria Patri, &c.

Digitized by Google

Pſalmus 85.

INclina, Domine, aurem tuàm, & exaudi me; * quoniàm inops & pàuper ſum ego.

Cuſtodi animam meam, quoniàm ſanctus ſum; * ſalvum fac ſervum tuum, Deus meus, ſpèrantem in te.

Miſerere meî, Domine, quoniàm ad te clamavì totâ die; * lætifica animam ſervi tui, quoniàm ad te, Domine, animam mèam levavi:

Quoniàm tu, Domine, ſuàvis & mitis, * & multæ miſericordiæ omnibus invocantibus te.

Auribus percipe, Domine, oratiònem meam, * & intende voci deprecatiònis meæ.

In die tribulationis meæ clàmavi ad te, * quià exaudiſti me.

Non eſt ſimilis tuî in diis, Domine; * & non eſt ſecundùm òpera tua.

Omnes gentes quaſcumque feciſti, venient & adorabunt còràm te, Domine, * & glorificabùnt nomen tuum;

Quoniàm magnus es tu, & faciens mirabilia; * tu es Deus ſolus. Gloria Pàtri, &c.

Diviſio Pſalmi 85.

DEduc me, Domine, in via tua, & ingrediebar in veritate tua: * lætetur cor meum, ut timeàt nomen tuum.

Confitebor tibi, Domine Deus meus, in totò corde meo; * & glorificabo nomen tùum in æternum.

Quia miſericordia tua màgna eſt ſuper me; * & eruiſti animam meam ex inferno inferiori.

Digitized by Google

Deus, iniqui insurrexerunt super me, & synagoga potentium quæsierunt ànimam meam, * & non proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu, Domine, Deus miserator & misericors, * patiens, & multæ misericordiæ, & verax;

Respice in me, & miserere meî; * da imperium tuum, puero tuo, & salvum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum, ut videant qui oderunt me, & confundantur; * quoniàm tu, Domine, adjuvisti me & consolatus es me.

Gloria Patri, &c.

Hymnus Grates, peracto jam die, *cæteraque ut sup. Fer. sec. pag. 26.*

Postea dicitur una ex infrà scriptis Antiphonis pro tempore.

Digitized by Google

ANTIPHONÆ
BEATÆ MARIÆ VIRGINIS,

Singulis diebus dicendæ poſt Completorium, habitâ ratione diverſitatis Temporum.

Dicto Fidelium animæ, *&c. Antiphonæ ſequentes dicuntur flexibus genibus, præterquàm in Dominicis à Veſp. Sabbati incluſivè, & per totum tempus paſchale.*

A Veſperis Sabbati antè Dominicam primam Adventûs incluſivè, ad primas Veſperas Nativitatis Domini excluſivè.

Antiph. de 5. C. ALma Redemptoris Mater, quæ per- via cœ- li porta manes, & ſtella maris, ſuccurre cadenti, ſurgere qui curat populo: Tu, quæ genuiſti Naturâ mirante, tuum ſanctum Genitorem; Vir-

Digitized by Google



go pri- ùs ac poſ- te- riùs, Gabri- ël- lis ab o- re ſumens illud A-

ve, Peccatorum miſere re.

℣. Angelus Domini nuntiavit Mariæ,

℟. Et concepit de Spiritu Sancto.

Oratio.

GRatiam tuam, quæſumus, Domine, mentibus noſtris infunde, ut qui Angelo nuntiante Chriſti Filii tui Incarnationem cognovimus, per Paſſionem ejus & Crucem, ad reſurrectionis gloriam perducamur. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

A primis Veſperis Nativitatis Domini, ad Complet. diei Purificationis incluſivè.

Antiph. de 6. C. INviolata, integra, & caſta es, Maria. Quæ es effecta fulgida cœli porta. O Mater alma, Chriſti chariſſima! Suſcipe pia laudum præconia; Noſtra ut pura pectora ſint & corpora: Te nunc flagitant



devota corda & o- ra. Tua per peccata

dulciſona, Nobis impetres veniam per



ſæcula. O Benigna! O Regina! O Mari a,



quæ ſo- la inviola ta permanſiſ- ti.

℣. Foſt partum, Virgo, inviolata permanſiſti:

℟. Dei Genitrix, intercede pro nobis.

Oratio.

DEus, qui ſalutis æternæ, Beatæ Mariæ virginitate fœcundâ, humano generi præmia præſtitiſti; tribue, quæſumus, ut ipſam pro nobis intercedere ſentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ ſuſcipere Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum. Amen.

A Complet. diei Purificationis excluſivè, ad Feriam quintam in Cœna Domini excluſivè.

Antiph. de 6. C.



A- Ve, Regina cœlo- rum:

A- ve, Domina Angelo- rum. Sal- ve,



ra- dix, ſalve, porta, Ex qua mun- do



lux eſt or- ta. Gaude, Virgo glorioſa, Su-

Digitized by Google



℣. Dignare me laudare te, Virgo ſacrata;
℟. Da mihi virtutem contrà hoſtes tuos.

Oratio.

COncede, miſericors Deus, fragilitati noſtræ præſidium; ut qui ſanctæ Dei Genitricis memoriam agimus, interceſſionis ejus auxilio, à noſtris iniquitatibus reſurgamus. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

A Complet. Sabb. Sancti incluſivè, ad Nonam Sabbati poſt Pentecoſten incluſivè.

Antiph. de 6. C. 

Digitized by Google

lu- ia.

℣. Gaude, & lætare, Virgo Maria, Alleluia;
℟. Quia ſurrexit Dominus verè, Alleluia.

Oratio.

DEus, qui per Reſurrectionem Filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti, mundum lætificare dignatus es; præſta, quæſumus, ut per ejus Genitricem Virginem Mariam perpetuæ capiamus gaudia vitæ. Per eumdem Chriſtum, &c.

A 1. Veſper. SS. Trinitatis, ad Nonam Sabb. antè Domin. primam Advent. inclusivè, cantatur.

Antiph. de 1. 

SAl- ve, Re- gi- na, Mater miſericor- diæ. Vi-ta, dul ce- do, & ſpes noſtra, ſal- ve. Ad te clamamus exules Fili- i E- væ. Ad te ſuſpiramus gementes & flentes in hac lacrymarum va- le. E-i a, ergò! Advoca-



℣. Ora pro nobis, Sancta Dei Genitrix;
℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui glorioſæ Virginis Matris Mariæ corpus & animam, ut dignum Filii tui habitaculum effici mereretur, Spiritu ſancto cooperante, præparaſti: da, ut cujus commemoratione lætamur, ejus piâ interceſſione, ab inſtantibus malis, & à morte perpetua liberemur. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Divinum auxilium maneat ſemper nobiſcum. ℟. Amen.

Digitized by Google

PROPRIUM
DE TEMPORE.

DOMINICA I.
ADVENTUS.

Primæ Classis.

Ad I. Vesp. *Ant. & Ps. ut in Sabbato per annum, pag. 63.*

Capitul. Jerem. 33. 14.

ECce dies veniunt, dicit Dominus; & suscitabo verbum bonum, quod locutus sum ad Domum Israël & ad domum Juda; in diebus illis, germinare faciam David germen justitiæ.

℟. *de 7.* R O- ra- te, cœ- li, de- super, & * Nu- bes plu- ant jus- tum. ℣. A peri a- tur

ter ra, & ger-minet Salvatorem; & juſti-



ti a ori a-tur ſi- mul * Nubes. ℣. Glori a



Pa- tri, & Filio, & Spiritu i ſancto.

℟. Nubes.

Hymn. de 4.



Tanta decreto Dei Tandem pro-



pinquant tempora: Emptus tot annorum mo-



râ Affulget è cœlo dies.

Patris nefando crimine
Proles jacebat faucia;
In mortis umbra conditum
Sedebat humanum genus.

Morti ſecundæ debitos,
Et ſempiternis ignibus,
Horrenda juſti Judicis
Terrebat expectatio.

Heu! quis ruinæ tàm gravis
Sarcire damna, quæ manus
Afferre tàm grandi queat
Parem medelam vulneri?

Tu, Chriſte, tu ſolus tuo
Delapſus è throno Deus,
Imagini potes tuæ
Formam decuſque reddere.

Digitized by Google

Venêre tandem tempora:
Rorate, cœli, desuper
Nobis nubes Deum pluant,
Justumque terra germinet.
Qui liberator advenis,
Fili, tibi laus maxima
Cum Patre, cumque Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

℣. Obsecro, Domine,
℟. Mitte quem missurus es.

Ad Magn. *Ant.* Sicut hortus semen suum germinat, sic Dominus Deus germinabit justi-tiam, & laudem, coràm u-niversis gentibus. Magni- ficat. 2. *D.*

Oratio.

EXcita, quæsumus, Domine, potentiam tuam, & veni; ut ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis, te mereamur protegente eripi, te liberante salvari. Qui vivis.

Suffragium B. M. V. fit unicum per Advent usquè ad I. Vesp. ejusd. Conceptionis exclusivè.

Ant. de i. Spiritus sanctus superveniet



in te, Mari-a, & virtus Al- tiſ- ſimi

obumbrabit ti bi.

℣. Benedicta tu in mulieribus:

℟. Inveniſti gratiam apud Deum.

Oratio.

DEus, qui virginalem uterum Beatæ Mariæ, in quo habitares, eligere dignatus es: da nobis dignum tuæ majeſtati naſcituræ in cordibus noſtris præparare habitaculum. Qui vivis.

Ad Complet. *Pſ. ut in Pſalt. pag. 69.*

Hymn. de 2. A.



IN noctis umbra deſides, Dum



ſomnus artus occupat, Ad te, Deus, fi de-



libus Mens excubet ſuſpi riis.

Deſiderate gentibus,
Verbum Patris, mundi ſalus,
Audi preces gementium,
Lapſoſque ſurſum ſubleva.

Adſis, Redemptor & tuæ
Plebis relaxans crimina,
Adæ ſcelus quas clauſerat,
Reclude cœleſtes domos.

Qui liberator advenis, *&c. ut ad Veſp. p. 81.*

Digitized by Google

Capitul. 1. Theſſ. 5. 23.

DEus pacis ſanctificet vos per omnia: ut integer ſpiritus veſter, & anima, & corpus ſine querela in adventu Domini noſtri Jeſu Chriſti ſervetur.

℣. Cuſtodi nos, Domine, ut pupillam oculi;
℟. Sub umbrâ alarum tuarum protege nos.

Ad Nunc dim. *Ant.* SAlutare tuum paraſti ante faciem omnium populorum. Nunc dimittis ſervum tuum, Domine. 4. *E.*

AD II. VESPERAS.

Pſ. & Ant. ut in Dom. per annum, p. 1.

Capitul. 1. Theſſ. 3. 12. 13.

DOminus multiplicet, & abundare faciat charitatem veſtram, ad confirmanda corda veſtra in ſanctitate, in adventu Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Hymnus Statuta, *ut in Veſp. pag. 80.*

℣. Oſtende, Domine, faciem tuam.
℟. Placare, Domine, ne moreris.

Ad Magn. *Ant.* PRopoſuit Deus in diſpenſa-

Digitized by Google



tione plenitudinis temporum, inſtaurare om-



nia in Chriſto. Magni ficat. 7. ç.

Suffragium B. M. V. ut ſup. pag. 81.
Ad Complet. *Omnia, ut ſup. pag. 82.*

FERIA SECUNDA.

Ad Veſp. *Ant. & Pſal. de Fer. II. per annum, pag. 13. Hymn. & ℣. ut in Sabb. I. Advent. pag. 79.*

Ad Magn. *Ant.* 

Qui de cœ-lo venit, ſu- per



omnes eſt. Magni ficat. 3. a.

Preces flexis genib. ut in Fer. 2. per annum, pag. 20. & Orat. Dom. præc. pag. 81. uſque ad Feſtum Conceptionis.

Suffragium B. M. V. ut in I. Veſp. Dom. præc. pag. 81.

Ad Complet. *Ant. & Pſ. ut in Fer. 2. per annum, pag. 23.*

Hymn de 1. 

IN noctis umbra deſides, Dùm ſom-



nus artus occupat, Ad te, Deus, fidelibus



Mens excubet ſuſpiriis.

Deſiderate gentibus, *&c. ut ſup. pag. 82. Capitul. ℣. & Ant. ad* Nunc dimitt. *ut ſup. pag. 83. Preces flexis gen. ut in Fer. 2. per annum, pag. 27. ſicque per totum Adv. in Feriis & in Feſtis non dupl. dicitur Complet.*

FERIA TERTIA.

Ad Magn. *Ant.* D



Ominabitur uſquè ad termi-



nos orbis terrarum. Magni- ficat. 2. D.

FERIA QUARTA,

Ad Magn. *Ant.* S



Piritus conſilii, & for- titu-



dinis, Spi- ritus ſcientiæ, & pietatis re-



plebit eum. Magnificat. 7. ç.

FERIA QUINTA,

Ad Magn. *Ant.* O

- Ri e- tur in diebus e- jus



juſ- ti- tia, & abundanti- a pa- cis.



Magni- ficat. 5. a.

Digitized by Google

FERIA SEXTA.

Ad Magn. *Ant.*



Magni ficat. 4 a.

SABBATO ANTE DOMIN. II.

ADVENTUS.

Omnia, ut in I. Veſp. Dom. I. Adv. p. 79. exceptis quæ ſequuntur. Non dicitur. ℟.

Ad Magn. *Ant.*



8. G.

Oratio.

EXcita, Domine, corda noſtra ad præparandas Unigeniti tui vias: ut per ejus adventum purificatis tibi mentibus ſervire mereamur. Qui tecum vivit.

Ad Complet. *ut in Sabb. præced. pag. 82.*

Digitized by Google

DOMINICA II.

ADVENTUS II. CL.

Ad Veſp. *Ant. & Pſ. de Dom. Capit Hymn. & ℣. ut in Dom. I. Adv. pag. 82.*

Ad Magn. *Ant.* P



Roteget Dominus Jeruſalem, pro- tegens, & li- berans, tran- ſiens, & ſalvans. Magni- ficat. 8. c.

Ad Complet. *Omnia, ut in Dom. I. Advent. pag. 82.*

FERIA SECUNDA.

Ad Magn. *Ant.* E



X ipſo tempore tribulati o- nis ſalvabitur Jacob, & non dominabun- tur e- i amplius ali-e-ni. Magni- ficat.

FERIA TERTIA.

Ad Magn. *Ant.* S

Cient omnes gentes, quia eſt

qui re dimat, & li- beret Iſraël. Magni-

ficat. 4. f.

FERIA QUARTA.

Ad Magn. *Ant.* C

Onſola- bitur Dominus om-



nes ru i nas Sion, ponet deſertum e jus qua-

ſi deli cias. Magni- ficat. 1. g.

FERIA QUINTA.

Ad Magn. *Ant.* D



E Sion egredi e tur lex, &



verbum Do mini de Je ruſalem. Magni fi-



cat. 7. *d.*

FERIA SEXTA.

Ad Magn. *Ant.* M



Iſericor-di a me-a non

Digitized by Google

recedet à Sion, & fœdus pacis meæ non movebitur. Magni- ficat. 2. D.

SABBATO ANTE DOMIN. III. *ADVENTUS.*

Ad Magn. *Ant.* NOn e su rient, neque fi-ent; quia Dominus mise ra- tor e-o-rum reget e- os. Magni- ficat. 8 c.

Oratio.

AUrem tuam, quæsumus, Domine, precibus nostris accommoda; & mentis nostræ tenebras gratiâ tuæ visitationis illustra. Qui vivis.

DOMINICA III. ADVENTUS, II. Cl.

Ad Vesp. *ut in Dom. præc. si dicenda sit Ant.* O, *tunc post Cap. dic.* ℟. Adjutor, *p.* 92.

Ad Magn. *Ant. Nisi dicenda sit Ant.* O. EC- ce tes-tem populis dedi e-um, du- cem ac præceptorem

gentibus. Magni- ficat. 3. a.

FERIA SECUNDA.

Ad Magn. *Ant.*
Nisi dicenda sit
Ant. O.

Asperget gentes multas,

super ipsum conti- nebunt Reges os su-



um. Magni- ficat. 5. c.

FERIA TERTIA.

Ad Magn. *Ant.*
Nisi dicenda sit
Ant. O.



Omnes populi, tri- bus

& lin- guæ ip- si servient. Magni- ficat.



1. D.

FERIA QUARTA IV. TEMP.

Ad Magn. *Ant.*
Nisi dicenda sit
Ant. O.

Revela- bitur glo- ri- a

Domini, & videbit omnis caro pa riter

Digitized by Google



quod os Domini lo- cutum eſt. Magni fi-



cat. 6. F.

Oratio ut in Dominica.

FERIA QUINTA.

Ad Magn. *Ant. Niſi dicenda ſit Ant.* O.



E- Rit mihi in nomen, &

in gau- dium, & in laudem, & in exul-



ta tio- nem cunctis gentibus. Magni- fi-

cat. 5. a.

FERIA VI. IV. TEMPORUM.

Omnia ut in Feriis præc. exceptis Capit. Propoſuit. ℟. Adjutor, *pag.* 92. *& ad* Magn. *Ant.* O. *ut infrà.*

Oratio ut in Dominica.

SABB. ANTE DOMIN. IV. ADVENTUS.

Omn. ut in I. Veſp. Dom. I. Adv. except. quæ ſeq.

Capitul. Eph. 1. 10.

PRopoſuit Deus in diſpenſatione plenitudinis temporum inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cœlis, & quæ in terra ſunt.

℟. Adjutor, *ut infrà; & ad* Magn. *Ant.* O.

Digitized by Google

Oratio.

EXcita, quæſumus, Domine, potentiam tuam & veni, & magnâ nobis virtute ſuccurre: ut per auxilium gratiæ tuæ, quod noſtra peccata præpediunt, indulgentia tuæ propitiationis acceleret. Qui vivis.

DOMINICA IV. ADVENTUS II. Cl.

Ad II. Veſp. *Omn. ut in Dom. I. Advent. except. Capit.* Propoſuit, *ut ſup.* ℟. Adjutor, *ut infrà, & ad* Magn. *Ant.* O. *Orat. ut ſuprà.*

FERIIS INTRA HEBDOMAD. IV. *ADVENTUS.*

Scilicèt Feriâ ſecundâ, tertiâ, quartâ, quintâ & ſextâ.

Omnia, ut in Feriis Hebd. præced. Advent. except. Capit. Propoſuit. ℟. Adjutor, *ut infrà, & ad* Magn. *Ant.* O.

A Die XVI. Decembris inclus.

Poſt Capit. Propoſuit, *dicit. ſeq.*





Hymn. & ℣. ut in primis Vesperis Dom. I. Adv. pag. 80 & 81.

ANTIPHONÆ MAJORES O.

Die XVI. Decembris.



Sic cantatur Magn. *poſt omnes Antiph.* O *ſequentes.*

Die XVII. Decembris.

Ad Magn. *Ant.* 2. D



Intonatio Cant. Magn. *ut ad primam Ant.* O.

Die XVIII. Decembris.

Ad Magn. *Ant* 2. D.



Magn. *ut ſuprà.*

Die XIX. Decembris.

Ad Magn. *Ant.* O Clavis David! & ſcep-

trum domûs Iſraël: qui aperis, & nemo

claudit: claudis, & nemo aperit;

veni, & educ vinctum de domo car-ce-

ris, ſedentem in te-nebris, & umbra

mortis. Magn. *ut ſuprà.*

Die XX. Decembris.

Ad Magn. *Ant.* O O-riens! ſplendor

lucis æ-ter-næ, & ſol juſti-tiæ, veni,

& illumina ſedentes in te-nebris, &

umbra mortis. Magn. *ut ſuprà.*

Die XXI. Decembris.

Ad Magn. *Ant.* O Rex gen-tium! Deus



Die XXII. Decembris.



Die XXIII. Decembris.



veni, ut paſcas populum tuum in forti-



tu- dine, & regnes in juſti- tia, &



ju dici o.

Cantici Magnificat *intonatio ut ſuprà ad primam Ant.* O.

IN NATIVITATE *DOMINI.*

DUPLEX PRIMÆ CLASSIS.

AD I. VESPERAS.

I. Ant.

Ta-te, & vi-de- te magna-

li-a Domini, quæ factu- rus eſt



hodie. *Pſ.* Laudate, pueri, Dominum.

pag. iv. 5. C.

II. Ant. 

E memine- ritis priorum, &



an tiqua ne intue-a-mini, no-va nunc ori-



en- tur. *Pſ.* Laudate Dominum, omnes



gentes. *pag. v.* 7. G.

III. Ant. PO- ſu it Da- vid pu- ero



ſu o, excitare Regem ex ip- ſo fortiſſi-



mum, & in throno ho noris ſedentem in ſem-



piternum. *Pſ.* Lauda, anima mea .... in



vita mea. *pag. vj.* 1. *D.*

IV. Ant. E- Ri- piet de manu i nimi-



corum, reducet autem cum gau- di o.



Pſ. Laudate Dominum, quoniàm bonus

eſt pſalmus. *pag. vtij.* 6 F.

V. Ant. ADducèt ſempiter-nam ju cun di-



ta- tem cum ſa- lu te. *Pſ.* Lauda, Jeruſa-



lem, Dominum. *pag. viij.* 4 E.

Capitul. Heb. 10. 37.

ADhuc modicum aliquantulum, qui venturus eſt veniet, & non tardabit.



℟. *de 5.* I S- te Do- minus; ſuſ-



tinu- imus e- um; * Exulta-



bimus, & læta- bimur in ſa-



luta- ri e- jus. ℣. Egreſ-



ſus e- jus ab i- niti o, à di e bus æter-



nita- tis. * Exultabimus. ℣. Glo- ri- a



Patri, & Fi li- o, & Spiri- tu- i ſanc-

to. *Repetitur* * Exultabimus.

Hymn. de 3. M Undo tenebris obſi to, Aurora

lucem nuntiat; Vanæ figuræ de- sinant,

Adest propinqua veritas.
Cessent gementûm lacrymæ,
Cessent Patrum suspiria:
Consors Tonantis Filius
Fit pacis obses mutuæ.
Inops & exul pellitur,
Qui jura terris dividit
Fit Conditoris siderum
Præsepe vile regia.
Infans, Creator omnium,
Auctor salutis, nascere:
Veni, supreme Pontifex,
Mundi futurus hostia.
Sit laus Patri, qui Filium
Promisit orbi victimam;
Sit qui venit, laus Filio;
Quo fit caro, laus Flamini. Amen.
℣. Expectans expectavi Dominum,
℟. Et intendit mihi.

Ad Magn. *Ant. bis dic.*



Ethleem Ephrata, par- vulus



es in mil- libus Juda, ex te egredi-



e- tur qui sit Domina- tor in Israël.



Magni- ficat. 8. F.

Oratio.

PRæsta, quæsumus, misericors Deus, ut ad suscipiendum Filii tui singulare Nativitatis mysterium, & mentes credentium præparentur, & non credentium corda subdantur. Per eumd.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi de Dominica, ut sequitur.



De 6. CUm invocarem, exaudivit me Deus justitiæ meæ. Euouae. *Ant.*



de 6. Allelu- ia.

Sic ad Complet. cantantur Pſ. in omn. Dupl. 2. Cl. & per totam hebd. Paſch. & Pent.



Hymn. de 3. MUndo te nebris obsito, Auro-

ra lucem nuntiat, Vanæ figuræ desinant,



Adest propinqua ve- ritas.
Infans, Creator omnium, &c.
Sit laus Patri, &c. *ut sup. ad Vesp. pag. 100.*



Ad Nunc dim. *Ant. de 6.* EGredia- tur ut splendor

Digitized by Google

Juſtus Sion, & Salvator e- jus ut lam-



pas accenda- tur. *Cant.* Nunc dimittis



ſervum tuum, Domine. Euouae.

AD II. VESPERAS.

I. Ant. TEcum prin-ci- pium in di-



e virtu- tis tuæ, in ſplendo- ribus



Sancto- rum, ex utero antè lu-ciferum



ge- nui te. *Pſ.* Dixit Dominus Domino



meo. *pag. 1.* 1. g.



II. Ant. REdemptionem miſit Dominus



populo ſuo, mandavit in æter- num teſ-



tamentum ſuum. *Pſ.* Confitebor tibi. Domi-



ne, in toto corde meo. *pag.* 2. 5. a.


III. Ant.
E- Xor- tum eſt in te- nebris
lumen rec- tis corde; miſericors & miſe-
rator & juſtus Dominus. Pſ. Be- a tus vir
qui timet Dominum. pag. 3. 7. b.


IV. Ant.
A- Pud Dominum miſericordia,
& copi o- ſa apud e- um re demptio.
Pſ. De profundis clamavi ad te, Domine.
pag. 40. 4. A.


V. Ant.
D E fructu ventris tu- i po-
nam ſuper ſedem tuam. Pſ. Memento, Do-
mine, David. 8. G. Cum ſua Diviſione,
pag. 64 & 65.


De 5. C.
A- le- lu- ia. ij.



Repetitur **Allel.** ***abſque Neumate.***

Proſa de 6. t. S It in cœleſtibus Deo laus, glo-
ria; Sit pax hominibus, Salus & gratia;
Salvator naſcitur. Impreſſa mentibus Fulgebit
veritas, Infuſa cordibus Ardebit charitas;
Sol novus oritur. Jam Puer natus eſt; Patent
oracula: Rex nobis datus eſt; Probant mira-
cula: Paſtores, ſurgite. Concordes Angelis
Veſtris in vallibus, Certantes æmulis Simul

Digitized by Google



concentibus, Naſcenti plaudite. Cedar Jeru-



ſalem Vili tugurio: Tu ſola Bethleem, E-



ris in pretio, Quæ Chriſtum poſſides. Ter-



ra, quam recreat Chorus a-ligerûm, Quam



præſens habitat Creator ſiderum, Quid cœ-



lis invides? En jacet humilis Tecto ſub pau-



pere; Sed quæ lux oculis Micat in æthere,



Hunc Deum prædicat. Pannis ſub vilibus



Rex latet hominum; At cœlum cantibus Sa-



lutans Dominum, Hunc terris nuntiat. Du-

ro ſub ſtramine Sunt membra mollia, Ru-


di ſub tegmine Membra frigenti a ; Sic a-
mor patitur. Puer vagi-tibus Implet tugu-
rium , Crebris & fletibus Rigat præſe pium ;
Sic amor loquitur. O qui mortalibus E-
xemplar advenis ! Factis & le gibus , Mentes
quas dirigis , Fac tibi dociles. Molles deli ci-
as Fac tecum frangere : Leves di vi tias
Fac tecum ſpernere ; Nos tui ſi miles.
A- men.
Ad Magn. *Ant. de 2. A.* Fi-li us De i venit , & de-
dit nobis ſenſum , ut cognoſcamus verum
Deum , & ſi-mus in vero Filio e-jus ; hic



Cant. Magni- ficat. E u o u a e.

Oratio.

COncede, quæsumus, omnipotens Deus: ut nos Unigeniti tui nova per carnem Nativitas liberet, quos sub peccati jugo vetusta servitus tenet. Per eumdem.

Commem. S. Stephani, Protomart.















Digitized by Google

Antiph. de 3. a



Sapien- tia firma-bitur in il-lo, & non flecte- tur; & contine- bit illum, & exaltabit illum apud proximos suos.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui primitias Martyrum in beati Levitæ Stephani sanguine dedicasti: tribue, quæsumus, ut pro nobis intercessor existat, qui pro suis etiam persecutoribus exoravit Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum; Qui tecum.

Commem. seu Suffragium B. M. V.

Ant. de 7. B



E-a-tus venter qui te portavit, Domine, & ubera quæ suxisti.

℣. Benedicta tu, Maria, inter mulieres,

℟. Et benedictus fructus ventris tui.

Oratio.

BEata tempora celebrantes quæ per temporalem Unigeniti tui Incarnationem, & partum Mariæ Virginis consecrasti: quæsumus, Domine, ut ejusdem Dei Genitricis intercessione, & in illo renasci, & tanti mysterii fructum jugiter in nobis conservare mereamur. Per eumdem.

Hæc Commem. fit quotidiè ad Vesp. usquè ad diem Circumcis. inclus.

Digitized by Google

AD COMPLETORIUM.

Pſ. de Dom. ut in 1. Veſp. cæteraque ut infrà.

Hymn de 3. MUndi ſalus, qui natus es,
Jeſu puer, nos reſpice : Da moribus caſ-
tis tuam Referre nos infan- tiam.
Feſſos diurno dùm levat
Labore nocturnus ſopor,
Defende, Paſtor, beſtiis
Tuas ab infeſtis oves.
O Virgo! quæ Mater Dei,
Foves tuo Natum ſinu,
Hunc flecte nobis quâ vales,
Benigna Mater, gratiâ.
Qui natus es de Virgine,
Jeſu tibi ſit gloria
Cùm Patre, cumque Spiritu,
In ſempiterna ſæcula. Amen.

Ad Nunc dim. *Ant. de 6.* FActus eſt nobis Dominus
ſapien ti a à Deo, & juſti- ti a. &
ſanctifica ti o & re- demptio. *Cant.* Nunc
dimittis ſervum tuum, Domine. Euou a e.

Oratio.

DEus, qui mirabili consilio Unigenitum tuum in stabulo nasci, & pannis involutum in præsepio reclinari voluisti: tribue, quæsumus, ejus infantiam & humilitatem piis affectibus prosequentes, simplicitate & innocentiâ eidem conformes inveniamur. Qui tecum.

IN FESTO
SANCTI STEPHANI;
PROTOMARTYRIS.

Duplex primæ Classis.

Ad Vesp *Ant. & Ps. ut in die Nativitatis Dom. pag. 102.*



Proſa. de 2. A. LAudate Ste phanum Lætis con-



centibus, Omnes, magnanimum Sonis con-



cordibus Heroëm di cite. Inviƈto pu-gili



Dùm plaudunt Cœlites, Primam, vos æ-



muli Coronam, Martyres, Duƈtori cedite.



Iter ſanguineum Primus aperuit; Agmen

quo Martyrum Palmas obtinuit Cruento ſu-



nere. Armatis manibus Stat turba ſæviens:



Occurrit ic tibus, Perire geſtiens Felici vul-



nere. Pro Chriſti nomine Fraƈtus lapidi-



bus, Clamat, & ſanguine Petit, ac preci-



Digitized by Google

Ad Magn. *Ant. bis dic.* CUraverunt Stephanum viri timorati, & fecerunt planctum magnum



super eum. Magnificat. 8. G.

Oratio.

DA nobis, quæsumus, Domine, imitari quod colimus, ut discamus & inimicos diligere; quia ejus natalitia celebramus, qui novit etiam pro persecutoribus exorare Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum; Qui tecum.

Commem. S. Joannis, Apost. & Evang.

℣. *de 6.* DIvulgatum est nomen tuum. * Et dilectus es in pace tua ℣. Honorabilis factus es in oculis Domini, & gloriosus. * Et. ℣. Gloria



Pa tri, & Fi- lio, & Spiri- tui



sanc- to. * Et.

Antiph. de 1. D. 

I- dit Jesus Jaco- bum Zebe-

dæi, & Joannem fratrem e- jus in navi



cum patre e- orum, & vocavit e- os; illi



au- tem statim relictis re tibus, & patre,



secuti sunt eum.

Oratio.

Ecclesiam tuam, Domine, benignus illustra, ut beati Joannis Apostoli tui & Evangelistæ, illuminata doctrinis, ad dona perveniat sempiterna. Per Dominum.

Commem. de oct. Nativ. Domini.

Antiph. de 5. C. 

E- Gressus est Salvator meus;



& nunc qui redempti sunt à Domino,



ve- nient in Sion laudan- tes.

Digitized by Google

℣. Hic eſt Deus, Deus noſter in æternum;
℟. Ipſe reget nos in ſæcula.

Oratio Concede, *ut ſup. pag. 107.*

Commem. B. M. V. per Ant. Beatus venter, *ut ſup. pag. 108.* ℣. *ibid.*

Ad Complet. *Omnia, ut ſup. pag. 109.*

IN FESTO
S. JOANNIS, APOST.

DUPLEX PRIMÆ CLASSIS.

Ad II. Veſp. *Ant. & Pſ. ut in Nativitate Domini, pag. 102.*






te populi, Joannis unâ tollite Præconia
discipuli. Quem amor Christi seligit Poten-
ti voce trahitur, Quem amor Christi su-
bigit Christo totus jàm subditur. Igne fer-
ves egregio, Dilecte tu præ cæteris;
Christique cubans gremio, Rimaris ima
pectoris. Sacro demersus flumine Potas
cœli mysteria, Nudo repletur numine
Piè Deo mens ebria. Aquila cœlos pe-
netrans Divino gaudes lu- mine, Numenque
verbum generans Scissâ lustras caligine.
In arbore funerea Dat amor Jesum cer-



nere, Jeſuque crucem ignea Dat charitas



appetere. E latere dùm proſpicis Sacro pro-



fuſum ſanguinem, Dignus in matrem ſuſ-

cipis Tibi conceſſam Virginem. Rapit a-



mor & ci- tiùs Petro, curris ad tumulum,



Redivivoque pleniùs Animum ſpondes ſe-



dulum. Voce blandâ dùm properas Lo-



qui Dei myſteria, Viam cœli dùm reſeras,



Non perturbant opprobria. Ferventi mari



ſterneris At flamma parcit ſegnior; Oleo



pugil ungeris, Indèque prodis fortior.



Exul, ſed Deo ſocio Perfrueris in inſu-



la; O re, ventura, præsci-o, Sub lustri



tegis nebulâ. Per te Jesu cogni ti o Nos-



tris affulget mentibus, Per te Jesu dilec ti-



o Nostris ardeat cordibus. A- men.

Ad Magn. *Ant. de* 2. E- Go Joannes par- ticeps in

tribulati o ne & regno, & pa tienti-a in



Christo Jesu, fu- i in in su la, quæ appel-



latur Pathmos, propter verbum Dei, &



tes- timo- nium Jesu. Magni- ficat.



2. D.

Oratio Ecclesiam tuam, &c. *ut sup. pag.* 114.

Commemoratio SS. Innocentium.

Antiph. de 2. *D.* D- I rige- tur dolus in manu Re-

Digitized by Google



gis impudentis. Occidet plurimos, &



contrà Principem Principum consurget.

℣. Captabunt in animam Justi,

℟. Et sanguinem innocentem condemnabunt.

Oratio.

DEus, cujus hodiernâ die præconium Innocentes Martyres, non loquendo, sed moriendo confessi sunt; omnia in nobis vitiorum mala mortifica: ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiàm moribus vita fateatur. Per.

Commem. Oct. Nat. Egressus est, *ut suprà, pag. 114. sicut & ℣. Deindè S. Stephani Ant.* Curaverunt, *pag. 113.*

℣. Custodit Dominus ossa Sanctorum;

℟. Unum ex his non conteretur.

Demùm Commem. B. M. V. Beatus venter, *ut sup. pag. 108. ℣. ibid.*

Ad Complet. *Omnia ut in die Nat. pag. 109.*

IN FESTO

SS. INNOCENTIUM.

Duplex III. Classis.

AD II. VESPERAS.

Ant. & Ps. ut in die Nat. pag. 102.

De 1. A L- le- lu- ia. *ij.*



Repetitur Alleluia.

Prosa de 1.




tur, Enſe ſtricto ſubducuntur Pa-ternis am-
plexibus. Molles artus invaduntur, Sic cæ
fauces divelluntur Ma ternis uberibus. Fu-
ror ſpirat: quantæ cædes! Cunæ madent;
rubent ædes, Vel ab ipſo limine. Fœdus tor-
tor cruentatur, Siti-bundus ſaginatur Inno-
centi ſanguine. Verum omnis ſiſtat luctus,
Morti nullus detur planctus: Fœlix exter-
mi-nium! Quem vox nequit celebra re,
Chriſtum valet prædicare Sanguis Innocen-
tium. Dirus enſis quas mactavit, Has ad



Cœlum sùbli mavit Christus, palmâ deco-



ravit Martyrum primitias. Infantiam æ-



mulati, Humilibus delectati, Consequamur



illibati Cœlestes delicias. A- men.

Ad Magn. *Ant. bis dic.* O-



Ves Do- mini non pe ri-



bunt in æternum, & non rapiet e- as

quisquam. Magni- ficat. 8. G.

Oratio, Deus, cujus hodiernâ die, *&c. ut sup. pag. 119.*

Commem. S. Thomæ, Mart. per Ant. Qui vicerit, *& ℣. ut in primis Vesperis de Comm. pag. xxiv. cum Orat. ut infrà, pag. 123.*

Deindè Commem. Oct. Nat. per Ant. Egressus est, *ut sup. pag. 114. ℣. pag. 115.*

Commem. Oct. S. Steph. per Ant. Curaverunt, *ut sup. p. 113. ℣. & Orat. p. 119 & 113.*

Commem. Oct. S. Joannis, per Ant. Ego Joannes, *ut sup. pag. 118. & Orat. pag. 114.*

℣. Qui piè volunt vivere in Christo,

℟. Persecutionem patientur.

Digitized by Google

Ultimò tandem Commem. B. M. V. per Ant. Beatus venter, *ut sup. pag. 108. & Orat. ibid.*

Ad Complet. *Ps. & Ant. de Fer. Hymn. ut in die Nat. pag. 109.*

Ad Nunc dim. *Ant.* 
Factus est nobis Dominus sapientia à Deo, & justi- tia, & sanc- ti- fi ca tio, & redempti o. *Cant.* Nunc dimittis servum tuum, Domine. 7. *d.*

DIEBUS PER OCT. NAT. DOM.

Dominicæ inter Fest. Nat. & Epiph. occurrentes ita vacant, ut nihil omninò fiat de eis, nequidem Commem. sed Off. totum sit de Officæ occurrent. infrà notatis.

Die XXIX. Decembris.

IN FESTO S. THOMÆ, EP. ET M.

Omnia de Comm. except. quæ sequuntur.

Ad II. Vesperas. *Ant. & Ps. ut in die Nat. pag. 102.*

Oratio.

DEus, pro Ecclesia glorioſus Pontifex Thomas gladiis impiorum occubuit; præsta, quæsumus, ut omnes qui ejus implorant auxi-

lium, petitionis suæ salutarem consequantur effectum. Per Dominum.

Fiunt postea Commemorat. seq. 1°. De Nat. per Ant. Egressus est, *ut sup. pag. 114. ℣. pag. 115. 2°. De S. Steph. per Ant.* Curaverunt, *pag. 113. ℣. & Orat. pag. 119 & 113. 3°. De S. Joann. Apost. per Ant.* Ego Joannes, *pag. 118. ℣. & Orat. pag. 122 & 114. 4°. De B. M. V. per Ant.* Beatus venter, *pag. 108. ℣. ibid.*

Ad Complet. *Omnia ut in Festo SS. Innocentium, pag. 123. except. quæ seq.*

Capitul. Jerem. 14. 9.

TU in nobis es, Domine, & nomen sanctum tuum invocatum est super nos; ne derelinquas nos, Domine Deus noster.

℣. Custodi nos, *&c.*

Die XXX. Decembris.

Officium fit de Oct. Nat. D. etiam quandò hæc dies occurrit in Dominica quæ vacare dicitur. Super hoc tamen, Ordo Divini Officii sedulò consulendus.

Die XXXI. Decembris.

IN FEST. S. SYLVESTRI, PAP.

Semiduplex.

Ad I. Vesp. *Ant. & Ps. ut in Nat. Dom. Cæt. ut in Comm. Pant.*

Oratio.

DEus, cujus cultui deputatur quidquid Sanctis tuis honoris impenditur: tribue, quæsumus, ut sancti Pontificis tui Sylvestri, cujus

veneratores ſumus, imitatores eſſe mereamur. Per Dominum.

Deindè Commem. Octavarum, & B. M. V. ut notantur ſup. die xxix Decembris, p. 124.

Ad Complet. *Omnia, ut notantur ſup. in Feſto S. Thomæ, pag. 124.*

Die I. Januarii.

IN CIRCUMCISIONE DOMINI,

ET DIE OCTAVA NATIVITATIS.

Duplex ſecundæ Claſſis. Privilegiatum.

Ad I. Veſp. *Ant. & Pſ. ut in die Nat. p. 102.*

Capitul. Rom. 8. 3. 4.

DEus Filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, de peccato damnavit peccatum in carne, ut juſtificatio legis impleretur in nobis, qui non ſecundùm carnem ambulamus, ſed ſecundùm Spiritum.

℟. *de 5.* DE plenitu- dine e- jus nos om- nes acce- pimus, quia * Gratia & ve- ritas per Jeſum Chriſtum fac- ta eſt. ℣. Le- gem mandavit

Moyses in præceptis justi-tia- rum,

& Israël pro- missio- nes. * Gra-

tia. ℣. Glori- a Patri, & Fi-

li-o, & Spiri- tu- i sanc- to.

* Gratia.

Hymn. de 6.

Christus ut Matris gremium re-

liquit, Primulo fletu, Pater, inquit, ad-

sum: Quas petis vindex, venio pa- ratus

Solvere pœnas.

Non placet fusus cruor hostiarum,
Quod mihi aptasti, Pater, ecce corpus:
Agnus implebo moriens figuras
Verus inanes.

Dixit: & Patris veneratus iram
Sustinet vulnus filicis ctuentæ:
Hunc cruor stillans Abrahæ probavit
Esse nepotem.

Digitized by Google

Legis ut ritus subiit probrosos,
Incipit nostras reparare clades,
Jàm crucis tyro proprio Parentem
Sanguine placat.
Sic & effusi pretium cruoris,
Accipit nomen superis verendum,
Prona quod tellus pavet, ad quod omnis
Infremit orcus.
Jàm nihil carnem spoliare prodest,
Sed malas cordi resecare fibras,
Hoc opus; tali nova sanciuntur
Fœdera lege.
Summa laus Patri, simul æqua Nato,
Qui suo mundum redimit cruore;
Par sit amborum, tibi laus, per omne
Spiritus, ævum. Amen.

℣. Christus nos redemit de maledicto legis;
℟. Ut in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo.

Ad Magn. Ant.



Oratio.

DEus, qui pro nobis Homo factus, hodierna die circumcidi, & Salvatoris nomen accipere voluisti; concede propitius, ut carnis renuntiantes operibus, salutis æternæ præmium per invocationem sancti tui Nominis consequamur; Qui vivis.

Commem. S. Sylvestri, per Ant. Nocte & die, *pag. liij. de II. Vesp. Deindè Octav. & B. M. ut indicantur, pag. 124.*

Ad Complet. *Omnia, ut in Festo SS. Innocentium, pag. 123.*

AD II. VESPERAS.

Ant. & Ps. ut in die Nat. pag. 102.



Digitized by Google



tum. *Repetitur* Alleluia.

Prosa de 5.

Otis Pater annuit; Justum pluunt



sidera: Salvatorem genuit Intacta puer-



pera: Homo Deus nascitur. Superûm concen-

tibus Panditur mysterium: Nos mixti pas-



toribus Cingamus præsepium, In quo Christus



sternitur. Tu lumen de lumine, Ante

solem funderis: Tu numen de numine,

Ab æterno gigneris, Patri par progenies.



Tantus es! & superis, Quæ te premit cha-



ritas! Sedibus delaberis: Ut surgat infirmi-

Digitized by Google

tas, Infirmus humi jaces. Quæ nocens de-

bueram, Innocens exequeris: Tu legi,

quam spreveram, Legifer subji-ceris: Sic do-

ces justitiam. Cœlum cui regia, Stabu-

lum non respuis: Qui donas imperia, Ser-



vi formam induis: Sic teris superbiam.

Nobis ultrò si- milem Te præbes in omni-

bus, Debilibus debilem, Mortalem morta-

libus: His trahis nos vinculis. Cum ægris

confun-deris, Morbi labem nescions: Pro

peccato pateris, Peccatum non faciens;

Digitized by Google



Hoc uno diſſimilis. Summe Pater, Filium



Qui mittis ad hominem, Gratiæ principium,

Salutis originem, Da Jeſum cognoſcere.



Cujus igne cœlitùs Charitas accenditur,



Ades, alme Spiritus: Qui pro nobis naſci-



tur, Da Jeſum diligere. Amen.

Ad Magn. *Ant.* 

DOmine, Deus meus es



tu, exaltabo te, & confitebor nomi-



ni tuo, quoniam feciſti mirabi-



lia, cogitationes antiquas fideles. Magnificat. ℣. C.

Commem. S. Stephani, per Ant. Sapientia, *ut ſup. pag. 108.*

Digitized by Google

℣. Custodit Dominus ossa Sanctorum;
℟. Unum ex his non conteretur.

Deindè Commem. S. Joannis, Ego Joannes, *ut sup. pag. 128.* ℣. *& Commem. B. M. V.* Beatus venter, *pag. 208. & ℣. ibid.*

Ad Complet. *Omnia, pag. 123.*

DIEB. CIRCUMCIS. INTER ET EPIPHAN.

Dom. occurrens inter Circumc. & Epiph. ita vacat, ut nihil fiat de ea, nequid. Commem. sed totum fit de Officiis occurrentibus.

DIE II. JANUARII.

IN DIE OCT. S. STEPH. PROT.

Semiduplex.

Ad II. Vesp. *Ant. & Ps. de Fer.*

Capitul. Eccli. 46. 2.

FUit maximus expugnare insurgentes hostes, ut consequeretur hæreditatem.

Hymnus de 8.



Qui stans perorabat sibi,
Cadens & expirans humi,

Linguâ diſerti ſanguinis,
Suis perorat hoſtibus.
Audivit è cœlo Deus
Suprema verba Martyris;
Dux Saulus, & teſtis necis,
Necis fit ipſe præmium.
Fractis jacens cervicibus,
Et ſic perire lætior:
O Chriſte, dixit, ſuſcipe
Quem pono pro te, ſpiritum.
Quid non, Deus, ſi reſpicis,
Humana poſſunt pectora!
Cujus triumphum pangimus,
Fac nos & exemplum ſequi.
Qui natus es de Virgine,
Jeſu, tibi ſit gloria
Cum Patre, cumque Spiritu,
In ſempiterna ſæcula. Amen.

℣. Fervens ſpiritu loquebatur.
℟. Docebat diligenter ea quæ ſunt Jeſu.

Ad Magn. *Ant.* Curaverunt, *pag. 113.* ℣. *& Orat. pag. 119 & 113.*

Commem. Octav. S. Joann. Vidit Jeſus, *pag. 114.*

℣. Gloria magna eſt, ℟. Sequi Dominum.

Ad Complet. *Omnia ut in Feſto S. Thomæ, pag. 124. & ſic uſquè ad Epiph.*

Die III. Januarii.

IN DIE OCT. S. JOANN. APOST.

Semiduplex.

Ad II. Veſp. *Ant. & Pſ. de Fer.*

Capitul. Apoc. 1. 1.

DEdit Jesu Christo Deus palàm facere servis suis quæ oportet fieri citò, & significavit mittens per Angelum suum servo suo Joanni.

Hymn. de 2. A. 

Diri testis eras funeris, & comes,
Votis cum Domino fixus eras cruci;
Hoc tantùm licuit tunc tibi, mutuis
Respondere doloribus.

Pendens funereâ Christus ab arbore
Te, Matri miseræ jàm fine Filio,
Natum substituit; credere Virginem
Quàm par est tibi Virgini!

Tali depositò quid pretiosius?
Mater vera Dei jàm tua dicitur,
Natus jure pari dicere, mortui
Jacturam reparas Dei.

Christus vocis egens, te morientibus,
Quâ fas est, oculis Discipulum docet;
Ex illa cathedra quam cruor imbuit,
Terris prædicat omnibus.

Christi fide comes, passibus æmulis,

Digitized by Google

Quò te duxit amor, te liceat ſequi,
Ingens ille mihi ſit favor & pati
Cum Chriſto, ſimul & mori.
Patri maxima laus, maxima Filio,
Amborumque ſacro maxima Flamini;
Hæc eſt certa fides, fontibus è tuis
Quam divinitùs hauſimus. Amen.

℣. Beatus qui legit & audit verba prophetiæ hujus,

℟. Et ſervat ea quæ in ea ſcripta ſunt.

Ad Magn. *Ant.* Ego Joannes, *pag. 118.*

Commem. S. Eugendi, Abb. per Ant. ut in 1. Veſp. de Communi.

Ad Complet. *ut heri.*

DIE IV. JANUARII.

IN FESTO S. EUGENDI, ABB.

Semiduplex.

Ad II. Veſp. *ut in Communi.*

Oratio.

DA nobis, quæſumus, Domine, ut beatus Abbas Eugendus, qui zelo regularis obſervantiæ gloriam conſecutus eſt, ſuis nos exemplis informet, & adjuvet ſuffragiis. Per.

Ad Complet. *ut heri.*

IN EPIPHANIA DOMINI.

Duplex 1. Claſſis.

AD I. VESPERAS.

I. Ant. E- ce e- go declina- bo



super Je-ru-sa-lem, quasi flu- vium.

pa- cis, & quasi torren tem inundantem



glo riam Gentium. *Ps.* Lau date, pue ri,

Dominum. *pag. iv.* 1. D.

II. Ant. L



Au- da, sterilis, quæ non



par- turis, decan- ta lau- dem; quoniàm

multi fi- li-i deser- tæ, magis quàm e-



jus quæ habet vi- rum. *Ps.* Laudate Do-



minum, omnes gentes. *p. v.* ℣. C.

III. Ant. A



D dexteram & ad lævam pe-

netrabis, & semen tu- um gentes hæredi-

tabit, & civi- ta- tes deser- tas inhabi-

Digitized by Google



ta- bit. *Pſ.* Lauda, anima mea..... in

vita mea. *pag. vj.* 3. a.

IV. Ant. E- Runt Reges nutri- ti- i



tu- i, & Re- ginæ nutrices tuæ, vultu

in terram demiſſo adora- bunt te, & pul-



verem pedum tuorum lingent. *Pſ.* Lau-

date Dominum, quoniàm bonus eſt pſal-



mus. *pag. vij.* 4. E.

V. Ant. A- Perientur portæ tuæ jugi-



ter, die ac nocte non claudentur, ut



afferatur ad te fortitu- do gentium;



& Reges e-arum ad- ducantur. *Pſ.* Lau-

da, Jeruſalem, Dominum. *p. viij.* 7 c.

Capitul. Rom. 15. 12.

ERit radix Jeſſe, & qui exurget regere gentes, in eum gentes ſperabunt.



℣. *de 7.* LÆtamini, gen-



tes, cum ple- be Do- mini: Lau-



da- te, & * Magni- fi ca-

te e- um, om-



nes po- puli. ℣. Volu it Deus



no- tas facere divi ti as gloriæ Sacra-



menti hujus in gen- tibus, quod eſt Chriſ-



tus, * Magnificate. ℣. Gloria Patri, &



Fi- li-o, & Spiri- tu-i ſanc- to.

* Magnificate.

Hymn. de 3.

Quæ ſtella ſole pulchrior Coruſcat! hæc Regis novi Revelat ortus: hæc Dei Præſignat ad cunas iter.

Stat vatibus priſcis fides;
En Stella ſurgit ex Jacob;
Arrectus ad ſpectaculum
Eous orbis emicat.

Dùm ſidus admonet foris,
Lux fulget intùs clarior;
Suadetque vi blandâ Magos
Signi datorem quærere.

Segnes amor neſcit moras:
Labor, pericla, nil movent:
Domum, propinquos, patriam,
Deo vocante, deſerunt.

Micante dùm nos allicis,
O Chriſte! Stellâ gratiæ,
Ne tarda cœleſti ſinas
Obſtare corda lumini.

Qui lumen eſt, ſit laus Patri;
Qui ſe revelat gentibus,
Sit laus perennis Filio:
Par ſit tibi laus, Spiritus. Amen.

℣. Annuntiabunt cœli juſtitiam Domini;
℟. Populo qui naſcetur, quem fecit Dominus.

Ad Magn. Ant.



Civitas Dei, luce ſplendidâ



Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui Verbi tui Incarnationem præclari teſtimonio ſideris Magis indicaſti; concede, ut ſemper in mentibus noſtris tuæ appareat ſtella juſtitiæ, & noſtra in tua ſit confeſſione theſaurus. Per eumdem.

Ad Complet. *Ant. & Pſ. ut in 1. Veſp. Nat. Dom pag. 101. Hymn.* Mundi ſalus, *ut ſup. pag. 109. In fine*, Qui te revelas Gentibus.



Digitized by Google

AD II. VESPERAS.

I. Ant. Judica-bit in nati-o-nibus, implebit



ru-inas. *Pſ.* Dixit Dominus Domino meo.



pag. 1. 1. f.

II. Ant. Do- minus habita- re facit



ſterilem in domo, matrem filiorum læ-



tantem. *Pſ.* Laudate, pueri, Dominum.



pag. 4. 2. D.

III. Ant. Di- cent inter gentes, magni-

fi- ca-vit Dominus fa- cere cum eis.



Pſ. In convertendo Dominus captivitatem

Sion. *pag. 16.* 6. F.

IV. Ant. Con- fiteantur ti- bi omnes re-

ges terræ, quia audie- runt omnia verba



oris tui. *Pſ.* Confitebor tibi, Domine, in



toto corde meo, * Quoniàm, *&c. p. 47. 5. c.*

V. Ant. D



O- minus memor fuit noſtrî,



& benedi- xit no- bis. *Pſ.* In exitu Iſ-



raël de Ægypto. *pag. 5.* 8. d.

De t. A



L- le- lu- ia. *ij.*



℣. Grati-a da- ta eſt à De-



o, ut fiat o-blati-o Gentium accepta



& ſanctificata in Spi- ritu ſanc-



to. *Repet.* Alleluia.

Proſa de t. A



D Jeſum accurrite, Corda vel-

tra ſubdite, Regi novo gentium. Stella Chriſ-

tum prædicat, Intùs fides indicat Redempto-

rem omnium. Huc afferte munera, Volun-

ta- te liberâ Sed munera cordium. Hæc e-



rit gratiſſima Salvato- ri victima, Mentis ſa-

crificium. Aurum offert charitas, Et myrrham,



auſteritas; Et thus, deſiderium, Auro Rex ag-



noſcitur, Homo myrrhâ colitur, Thure De-



us gentium. Judæa, gaudentibus, Non invide-



gentibus Retectum myſte rium. Poſt cuſto-



des ovium, Se Magi fidelium Jungunt in


consortium. Qui Judæos advocat Christus
gentes convocat In unum tugurium. Bethle-
bet, & Spiritu ſancto reple- bitur ad-



huc ex u- tero matris ſuæ. *Pſ.* Lauda-



te.... eſt pſalmus. *pag. vij.* 5. *c.*

V. Ant. MUltos fili- orum Iſraël con-



vertet ad Dominum Deum ipſorum, &



præce- det para re Do mino ple- bem

Digitized by Google

perfec- tam. *Pſ.* Lauda, Jeruſalem, Domi-



num. *pag. viij.* 8. G.

Capitul. Malach. 3. 1.

ECce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam antè faciem meam; dicit Dominus exercituum.



℣. *de 7.* Hic eſt qui * Dic- tus



eſt per I- ſaï- am Prophe- tam:



Vox claman- tis in



deſer- to, para- te vi-



am Do- mini. ℣. Non ſurre-



xit inter na- tos mu li erum ma- jor.



* Dictus. Glo- ri a Pa- tri, & Fi-



li o, & Spiri tu i ſanc- to. * Dictus.

Digitized by Google

Hymn. de 6.



CHriſte, prolapſi Reparator orbis, ut tuum caſto celebremus omnes Ore Baptiſtam, maculas profani Elue cordis.

Hunc paraturum Domino ſequenti
Semitam, priſci cecinere Vates:
Vatibus cunctis fuit ipſe major,
Judice Chriſto.

Hic & incluſus Genitricis alvo,
Sentit exultans Dominum latentem;
Jàmque cœleſti trepidat venire
Obvius agno.

Quid fide pendes dubiâ, Sacerdos,
Muta torpebit tibi vox; at infans
Protinùs naſcens patriæ reſolvet
Vincula linguæ.

Quin repromiſſam, ſubitus Propheta,
Cernis humano generi ſalutem;
Nuntias pacem, reſeraſque fatis
Grandibus ora.

Gaudet admirans populus, ſtupetque;
Quis puer, clamant, erit iſte, cujus
Se ſtatim prodit manifeſta tantis
Gloria ſignis?

Laus ſit æternæ ſua Trinitati,
Quæ novam mundo paritura lucem,
Prævium Soli voluit Joannem
Surgere ſidus, Amen.

Digitized by Google

℣. Tu, puer, Propheta Altiſſimi vocaberis,
℟. Præibis antè faciem Domini.

Ad Magn. Ant.



7. G.

Oratio.

DEus, qui præſentem diem honorabilem nobis in beati Joannis nativitate feciſti; da populis tuis ſpiritualium gratiam gaudiorum, & omnium fidelium mentes dirige in viam ſalutis æternæ. Per.

Ad Complet. *Pſ. de Dom. Ant. de Fer.*

Hymn. de 2.



Laus ſit æternæ, *&c. ut ad Veſp.*

Ad Nunc dim. *Ant.* P



AD II. VESPERAS.

I. Ant. S



II. Ant. C



Digitized by Google


III. Ant. O Domine! quia ego ſervus tuus, ego ſervus tuus & filius ancillæ tuæ. Pſ. Credidi, propter quod locutus ſum. pag. 46. 4. A.


IV. Ant. NOn eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei. Pſ. Domine, non eſt exaltatum cor meum. pag. 41. 1. f.


V. Ant. JUſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi. Pſ. Beatus vir.... Dominum. pag. 3. 8. G.


Die 5. ALle- lu- ia. ij.

℣. Lex & Pro-

phe- tæ uſque ad Joan- nem, ex

e- o reg- num De- i evangeli za-

tur. *Repet.* Allel.

Proſa de 5. E- Xultate, pſal- lite, Vatum va-

tem canite: Major nemo naſcitur. Sanctus,

necdùm e- ditus, Vix natus, jàm inclytus

portentis extollitur. Tu, præcurſor Domi-

ni, Tu, puer, Altiſſimi Propheta voca-

beris. Singulari gratiâ Vocatus ad grandi-

a, Pluſquàm, vates naſceris. Tu præſen-

tem Dominum, Propheti- æ ter- minum,

Digitized by Google



Monſtras, ardens facula. Lex umbrarum



definit, Ordo novus in-cipit, Implentur



oracula. Agnus ecce cernitur, Quo pecca-



tum tollitur; In aquæ myſte-rio. Jàm



cœlum vim patitur, Regnum Dei pandi-



tur Tuo miniſterio. Quàm luces ſplendo-

ribus, Tàm flagras ardoribus, Ut munden-

tur pectora. Fac precamur, ardeant, Noſ-



tra fac ut luceant Sermones & opera.



Quàm feſtivum colere, & in cœlo cerne-



re, Quem demonſtras nuncius! Via fiat

Digitized by Google



patriæ, Via pœnitentiæ, Quam triviſ-



ti prævius. A- men.

Ad Magn. *Ant.* C



On feſſus eſt quia non ſum



ego Chriſtus; e- go vox claman- tis



in deſer- to, diri- gite vi- am Dō-



mini. Magnificat. 6. *C.*

Ad Complet. *Pſ. de Dom. Ant. de Fer.*

Hymn. de 2. N



Unc ſuis tandem novus è



latebris Prodit Elias, populiſque Chriſtum



Clamat, exprobrans ſua viperi- næ Cri-



mina proli.

En Deus Judex, Deus en propinquat
Ventilans fruges, ſuperis recondet
Triticum cellis, paleaſque diros
Tradet in ignes.

Digitized by Google

Hujus adventu, rigidum ſuperbi
Deprimant montes caput, erigantur
Vallium paſſim cava, corrigantur
Prava viarum.

Sancte Præcurſor, date præco lucis,
Excitet ſomno tua vox inertes;
Ut graves olim fugiamus Agni
Vindicis iras.

Summa laus Patri, genitoque Verbo;
Æquus amborum ſit honos Amori,
Qui ſacrum Chriſti pugilem potenter
Ungit & armat. Amen.

Ad Nunc dim. *Ant.* IPſe eſt E- li- as qui ven-turus eſt. Nunc dimittis.... Domine.



5. a.

Die XXVIII. Junii.

SS. IRENÆI ET SOC. MART. *Dup.*

Commem. Oct. S. Joannis Bapt.

Oratio.

DEus, invisibilis fortitudo certantium, adesto, quæsumus, nobis supplicantibus; ut qui hodiernâ die sanctorum Martyrum tuorum Irenæi & Sociorum glorioſum triumphum recolimus, eorum meritis & precibus, contrà spiritualia nequitiæ muniamur. Per.

Digitized by Google

Die XXIX. Junii.

SS. PETRI ET PAULI, APOST.

Duplex II. Claſſis.

ad I. Veſperas.

I. Ant. A Scen- dent Salvato- res in mon-

tem Sion, & e- rit Domino regnum.

Pſ. Laudate, pueri, Dominum. *p. iv.* 8. G.

II. Ant. I S- ti ſunt quos miſit Dominus,

ut peram- bulent ter- ram. *Pſ.* Laudate

Dominum, omnes gentes. *p. v.* 2. *D.*

III. Ant. V Ocabuntur fortes juſti ti æ,

planta- ti o Do- mini ad glori fi candum.

Pſ. Lauda, anima .... in vita mea.

Digitized by Google





Capitul. Jerem. 16. 16. 21.

ECce ego mittam piſcatores, dicit Dominus; & piſcabuntur filios Iſraël, & oſtendam eis manum meam, & ſcient quia nomen mihi Dominus.



tro. ℣. Infir- ma mundi e- legit,



ut con- fun- dat for- ti a; igno- bi-



li a, ut e-a quæ ſunt, deſtru-



eret. * Gloria. Glori a Pa- tri, &



Fi- li-o, & Spi- ri- tui ſanc-



to. * Gloria.

Hymn. de 5.



A Mbo divi ni proceres Senatûs,



Principes cœli, ſocii laborum, Quos amor



junxit, ſimul una jungat Pompa triumphi.
Par fides, & par utriuſque votum,
Corda divino penetrante verbo,
Sub jugo Chriſti nimis obſtinatas
Subdere Gentes.
Magna vos vidit, ſtupuitque Roma,
Roma tot diris habitata monſtris;

Digitized by Google

Vidit excifis penitùs ſepulta
Numina fanis.
Totus in Roma ſuperatus orbis:
Par locus tantis utriuſque palmis,
Uſque cœleſtis pretioſa ſervat
Semina verbi.
Laus Deo Patri, genitoque Verbo;
Laus tibi compar, utriuſque Flamen,
Noſque fac, tantis Ducibus, beatos
Tangere portus. Amen.

℣. Sanctificabunt ſanctum Jacob;
℟. Deum Iſraël prædicabunt.

Ad Magn. *Ant.*

Magnificat. 7. G.

Oratio.

DEus, qui hodiernam diem Apoſtolorum tuorum Petri & Pauli martyrio conſecraſti: da Eccleſiæ tuæ eorum in omnibus ſequi præceptum, per quos Religionis ſumpſit exordium Per.

Commem. SS. Iren. & Soc. Mart. & Oct. S. Joann. Bapt.

Ad Complet. *Pſ. de Dom. Ant. de Fer.*

Hymn. de 6.



Principes cœli, ſocii laborum, Quos amor



junxit, ſimul u-na jungat Pompa triumphi.
Laus Deo, *&c. ut ad Veſp.*

Ad Nunc dim. *Ant.*



VOx ſpeculatorum Sion:



paravit Dominus brachium ſanctum ſu-



um in oculis omnium Gentium. Nunc di-



mittis.... Domine. 4. f.

Ad II. Veſp. *Pſ. & Ant. ut in II. Veſp. SS. Ferreoli & Ferrucii, pag. 433.*

De t.



ALe- le- lu- ia. *ij.*



℣. Principes popu- lo-



rum congrega- ti ſunt cum De-



o Abra- ham. *Repet.* Allel.

Proſa de t.



MUndi caput, Roma, plaude; Dig-

Digitized by Google



nos cane ſummâ laude Principes Eccleſiæ.



Illi tuæ ſanctitatis, Illi tuæ majeſtatis Cau-



ſa ſunt & gloriæ. In Chriſto te generârunt,



Suo cruo- re ſacrârunt, Te ſervant in ſæ-



cula. Hi præcones novæ legis, Formatores



novi gregis, Orbis & oracula. Petro ver-



tex principatûs, Paulo verbi magiſtratus



Obtigit in gentibus. His ambobus orcus ceſ-



ſit; His ambobus nox receſſit, Pulſa lu-



mina- ribus. Ovili Petrum præfecit, Suum

Chriſtus & effecit In terris Vicarium. Vas



electum, vas honoris, Lux doctrinæ, fons

Digitized by Google



Digitized by Google

Ad Magn. *Ant.* 

5. F.

Commem. Oct. S. Joannis Baptiſtæ.

Ad Complet. *Pſ. de Dom. Ant. de Fer. Hym. ut heri, pag. 458.*

Ad Nunc dim. *Ant.* 

8. G.

Die XXX. Junii.

Ad Veſp. *Pſ. & Ant. de Fer. Hymn. ℣. & Ant. ad* Magn. *de I. Veſp. S. Joann. Bapt. p. 448. Commem. Oct. SS. Ap. Petri & Pauli.*

Digitized by Google

FESTA JULII.

DIE I. JULII.

Dies Oct. S. Joann. Bapt. Commem. Oct. SS. Apoſt. & ad Veſp. de ſeq.

DIE II. JULII.

IN FEST. VISITAT. B. M. V.

Duplex III. Claſſis.

Ad I. Veſp. *Pſ.* Laudate, *p. iv. ſub ſola Ant. ſeq.*



Capitul. Eccli. 4. 14. 15.

QUò introïbit ſapientia, benedicet Deus; qui ſerviunt ei, obſequentes erunt Sancto; & eos qui diligunt illam, diligit Deus.

Digitized by Google











Hymn. de 8.







Urget ſacer te Spiritus
Toto repletam Numine:
Matris Dei jàm dignitas
Nil charitati detrahit.

Tibi propinquam ſanguine
Matrem puella viſitas,
Conceſſa cui divinitùs
Grataris alvi munera.

O quanta matrum gaudia!
Stupente naturâ, gravem
Anum ſtupes, quæ Virginem
Plenam Deo te prædicat.

Digitized by Google

Abſconditum ſub intimo
Ceu nube portabàs ſinu
Solem ſuo qui protinùs
Luſtrabit orbem lumine.

Mundo Redemptor qui venis,
Fili, tibi laus maxima
Cum Patre, nec tibi minor
Laus, utriuſque Spiritus.

℣. Viſita nos in ſalutari tuo, Domine,
℟. Ad videndum in bonitate electorum tuorum.

Ad Magn. *Ant.* 

Oratio.

DEus, cujus Unigenitus in utero adhuc Virginis clauſus Joannem Baptiſtam, Mariâ ſalutante Elizabeth, Spiritu ſancto priuſquàm naſceretur, implevit: da Eccleſiæ tuæ, ut quos ſpiritali regeneratione concepit, purificatos tibi filios pariat adoptionis. Per eumd.... in unitate ejuſd.

Commem. diei Oct. S. Joann. Bapt. & Oct. SS. Apoſt.

Ad Complet. *Pſ. & Ant. de Fer. Hymn.* Virgo ſingularis, *pag. cxxiv.*

Ad Nunc dim. *Ant.* 

Digitized by Google

veniat in medium noſtrî, ut ſalvet nos.

Nunc dimittis ſervum tuum; Domine.



4. A.

Ad II. Veſp. *Ant. & Pſ. de Feria.*



De 2. A Lle- lu- ia. *ij*



℣. Benedictus Dominus De- us



Iſ- raël, qui mi- ſit te,



& benedic- tum e lo- qui-



um tu- um. *Repet.* Allel.



Proſa. de 2. A. UT matris utero Salvator clau-

ditur; Afferre miſero Statim aggreditur Sa-



lutem homini. In ventre ſterili, Nondùm



quid ſapiens, Joannes, ſubſilis, Præſentis ſen-



tiens Virtutem Domini. Deum ſe gerere



Mari-a conſci a, Feſtinat curre re, Quò ra-



pit grati a Morarum neſcia. Domum in gre-



ditur; Quæ delec ta-tio! Parens, ut loqui-



tur, Repletur gaudio, Infans & gratiâ.



Donum dùm prædicat, Se ſpernit paupe-



rem : Deum magni ficat, Qui magnus humi-



lem Ancillam reſpicit. Tu, Deus, glori a



Solus es animæ; Tua potenti a, Dans thro-



num infimæ, Superbos deſpicit. O qui nos

o-riens Ex al- to viſitas, Sol non defici-



ens, Da pacis ſemitas Nunquàm deſe- re-



re. Solem juſtitiæ Quæ nu- be tempe-



ras, Mari- a, gratiæ In nos frugife-



ras, Aquas fac plu- ere. A- men.

Ad Magn. *Ant.* 

IN omni gente, quæ audierit



nomen tuum, magnifica- bitur ſu- per te



Deus Iſ- raël. Magnificat. 7. ç.

Commem. Oct. SS. Petri & Pauli, Apoſt.

Ad Complet. *Ut heri.*

Diebus III. IV. V. Julii.

De Oct. SS. Petri & Pauli, Apoſt.

Die VI. Julii.

Dies Oct. SS. Apoſt.

Digitized by Google

Oratio.

DEus, cujus dextera beatum Petrum ambulantem in fluctibus ne mergeretur, erexit; & co-Apoſtolum ejus Paulum tertiò naufragantem de profundo pelagi liberavit: exaudi nos propitius, & concede, ut amborum meritis æternitatis gloriam conſequamur. Qui vivis.

Veſp. de ſeq. Commem. Oct.

DIE VII. JULII.

SS. BERTHAR. ET ATHAL. M. *Sem.*

Oratio.

PIetatem tuam, Domine, ſupplices deprecamur: ut dùm Sanctorum Bertharii & Athaleni paſſionem colimus, peccatorum veniam conſequamur. Per.

DIE IX. JULII.

S. BENEDICTI, ABBAT. *Semid.*

Oratio.

DEus, qui beatum Abbatem Benedictum ſæculi turbis ſubductum ac vitiis, tuæ firmiter legi adhærere feciſti; quæſumus, ut ejus imitatione in tua diſciplina perſeverantes, ſupernæ vocationis bravium aſſequi mereamur. Per.

DIE XI. JULII.

SS. SINDONIS. *Duplex II. Cl.*

AD I. VESPERAS.

I. Ant. SIcut o- vis ad occiſionem du-



cetur, & quaſi agnus coràm tondente ſe,



non aperiet os ſuum. *Pſ.* Laudate, pue-



ri, Dominum. *p. iv.* 8. G.

II. Ant. SI poſu- erit pro pecca-to a ni-



mam ſuam, videbit ſemen longævum, &



voluntas Domini in manu ejus dirigetur.



Pſ. Laudate Dominum, omnes gentes.



pag. v. 7. a.

III. Ant. DE torren- te in vi- a



bi- bet, propterea exalta- bit ca- put.



Pſ. Lauda, anima . . in vita mea. *p. vj.*



5. C.

Digitized by Google





Capitul. Iſa. 11. 10.

RAdix Jeſſe, qui ſtat in ſignum populorum, ipſum Gentes deprecabuntur, & erit ſepulchrum ejus glorioſum.



Digitized by Google

bo nomen tu- um in æ-



ter- num. ℣. Quoniàm



non dabis Sanctum tu- um videre



cor- rup- ti o- nem. * Glorificabo.



Gloria Patri, & Fi- li o, &



Spiri- tui ſanc- to. * Glorificabo.

Hymn. de 5.



A- Doret omnis ſpiritus Sa-



lu tis hæc inſignia: Ad hæc a-mo- ris



pignora Cor omne amore ferveat.

Quot intuemur ſtigmata,
Tot ſunt amoris oſtia:
Quot tela filis texitur,
Tot cordis extent vincula.

* O ſancta Sindon, Numinis
Amore noſtri mortui,
Amore fac nos emori,
Deoque amato perfrui.

Qui de ſepulchro prodiit
Victor, relictâ Sindone,

Sit ſumma Chriſto gloria,
Cum Patre & almo Flamine. Amen.

℣. Fortium dividet ſpolia;

℟. Pro eo quòd tradidit in mortem animam ſuam.

Ad Magn. *Ant.* MOriturus erat pro gente, & non tantùm pro gente, ſed ut filios Dei, qui erant diſper- ſi, congregaret in unum. Magnificat. 4. E.

Oratio.

DEus, qui nobis in ſancta Sindone, quâ Corpus tuum ſacratiſſimum de Cruce depoſitum, à Joſeph involutum fuit, Paſſionis tuæ veſtigia reliquiſti: concede propitius, ut per mortem & ſepulturam tuam, ad reſurrectionis gloriam perducamur. Qui vivis.

Ad Complet. *Pſ. de Dom. Ant. de Fer.*

Hymn. de 3. O ſancta Sindon, Numinis Amore noſtrî mortui, Amore fac nos e- mori, Deo- que amato perfrui.

Qui de ſepulchro, *&c. ut ad Veſp.*

Digitized by Google

Ad Nunc dim. *Ant.* O- Porte- bat Chriſtum



pa- ti, & reſur- gere à mortuis. Nunc

dimittis ſervum tuum, Domine. 3. à.

AD II. VESPERAS.

I. Ant. DIxi Do- mino : Deus meus



es tu; exaudi, Domine, vocem depreca-



ti o nis meæ. *Pſ.* Eripe me.... malo.



pag. 58. 1. g.

II. Ant. DO- mine, Domine, virtus ſa-



lutis meæ, obumbraſti ſuper caput me-



um in di- e belli. *Pſ.* Virtus ſa-lutis



meæ. *pag. 58.* 7. b.

Digitized by Google









Digitized by Google

℣. Chriſtus cruci fi-

xus eſt ex infirmita- te, ſed vi-

vit ex virtu- te De-

i. *Repet.* Allel.

Proſa de 5. O Mortales, jàm ſperate: Dant

ſalutem, plena vitæ Mortis Chriſti pig-

nora. Sa- crâ Sindon fugat lethum; Si cut

Chriſti, ſic & fratrum Luci reddet cor-

pora. Sed pejori dignas morte Mentes

noſtras reddit vitæ Tua, Chriſte, paſſio.

Fixus manus, fixus pedes, Adorandum ca-

put voves: Quo nos emis pretio! Vide,

Digitized by Google



Pater, vide ſacram, Profuſo cruore rubram



Chriſti tui faciem. Inſons Deus datur mor-



ti, Et pigebit ſontes pati! Nefas velle



requiem. Stupet Cœlum, terra luget! A-



mor Chriſti jàm nos urget: Amantem di-



ligimus. Nobis paſſus, nobis ſurgit, Vi-



vit nobis, nobis agit, Viventi jàm vi-



vimus. A- men.

Ad Magn. *Ant.*



Ig- nus eſt Agnus qui



occiſus eſt, ac- cipere virtutem, & di-



vinitatem, & ſapi- en- tiam, & for- ti-

Digitized by Google

tudinem, & hono- rem, & glo- riam.

Magnificat. 1. D.

Commem. de seq.

Ad Complet. *Omnia, ut heri.*

Die XII. Julii.

S. VIVENTIOLI, EP. *Semidupl.*

Oratio.

OMnipotens Deus, qui beatum Viventiolum Antistitem populo tuo præesse, & verbo ac exemplo prodesse voluisti; eodem intercedente, Pastores Ecclesiæ tuæ cum gregibus sibi commissis dirige in viam salutis æternæ, ut omnes, te donante, tibi placita cupiant, & totâ virtute perficiant. Per.

Die XIII. Julii.

INSUSCEPT. BRACH. S. STEPH. PROT.

Duplex.

Ad I. Vesp. *Ant. & Ps. de Fer.*

Capitul. Isa. 66. 13. 14.

DIcit Dominus: Ego consolabor vos, & ossa vestra quasi herba germinabunt, & cognoscetur manus Domini servis ejus.

℣. *de 3.* COnsur- ge, consur-



ge, * Indu- e re veſtimen-

tis gloriæ tu- æ, ci-



vitas Sancti. ℣. Spiritus



omnipoten- tis De- i magnam fecit ſu-



æ oſtenſi o- nis e- viden- ti-



am. * Induere. Gloria Patri,



& Filio, & Spiri- tui ſanc-



to. * Induere.

Hymn. de 4.



O Bſ- curos te- nebris, Chriſ-



te, vetas premi, Clarâ qui pugiles te



nece prædicant, Quæ ſub nocte jacent,

temporibus ſuis Hæc ple- no re- te-



gis die.

Digitized by Google

Quæ celata diù pulvereo ſitu,
Monſtras oſſa tui ſplendida Martyris:
Ad cujus cineres curritur, & ſuus
Siccis eſt honor oſſibus.

* Ultor nempè Deus non meritæ necis,
Sacris opprobrium penſat honoribus:
Claros prodigiis ac venerabiles
Ipſos vel tumulos facit.

Patri maxima laus, maxima Filio,
Amborumque ſacro maxima Flamini,
Cujus præſidio prælia ſuſtinent
Fuſo ſanguine Martyres. Amen.

℣. Dabis, Domine, gaudium & lætitiam;
℟. Et exultabunt oſſa humiliata.

Ad Magn. Ant. 

Oratio.

DA nobis, Domine, beati Protomartyris tui Stephani ſemper patrocinio lætari, cujus ſuſcipientes Reliquias, tuæ circà nos pietatis, & ejus pro nobis apud te interceſſionis pignus accepimus. Per.

Commem. S. Viventioli.

Ad Complet. *Pſ. & Ant. de Fer.*

Hymn de 2.

ritæ



ritæ necis, Sacris opprobrium penſat ho-



noribus: Claros prodigiis, ac venerabiles



ipſos vel tumulos facit.

Patri maxima laus, *&c. ut ad Veſp.*

Ad Nunc dim. *Ant.*



Corpora virorum miſe-



ricordiæ in pace ſepulta ſunt, &



nomen eorum vivit. Nunc dimit-



tis .... Domine. 2. *D.*

Ad II. Veſp. *Pſ. & Ant. de Fer.*

De 2.



Alle- lu- ia. *ij.*



℣. Semina- tur corpus



in ignobi- lita- te, ſurget in glo-



ri-a; ſemina- tur in infir-

Digitized by Google



mita- te, ſur- get in

vir- tu- te. *Repet.* Allel.

Proſa Laudate Stephanum, *pag. 111.*

Ad Magn. *Ant.* CUm morta- le hoc indu- e-



rit immor- ta lita- tem, tunc fiet ſermo



qui ſcriptus eſt; Ab- ſorp- ta eſt mors



in victori-a. Magni- ficat. 5. a.

Commem. de ſeq.

Ad Complet. *Ut heri, pag. 480.*

Die XIV. Julii.

S. BONAVENT. EP. ET D. *Semid.*

Omnia ut in Comm. Doct.

Oratio.

DEus, qui Eccleſiæ tuæ beatum Bonaventuram, Pontificem & Doctorem mirabilem tribuiſti: concede propitius, ut eum apud te pium interceſſorem ſemper habere mereatur. Per.

Die XVI. Julii.

S. EUSTASII, ABBAT. *Semid.*

Omnia de Comm.

Digitized by Google

Oratio.

DEus, cujus ineffabili miſericordiâ beatus Euſtaſius Abbas in Gentibus evangelizavit inveſtigabiles divitias Chriſti : da nos ejus interceſſione creſcere in ſcientia tua, & in omni opere bono fructificantes, ſecundùm Evangelii veritatem coràm te ambulare. Per.

Veſp. de ſeq. Commem. S. Euſtaſii.

Die XVII. Julii.

S. PROTHADII, EP. BIS. *Dupl.*

Ut in Comm. Pont.

Oratio.

OMnipotens & miſericors Deus, qui ſingulari miſericordiâ beatum Prothadium nobis ſalutis æternæ Paſtorem providiſti ; præſta, quæſumus, ut virtutes tanti Paſtoris imitantes, cœleſtis regni gaudia conſequi mereamur. Per.

Commem. de ſeq.

Die XVIII. Julii.

S. THOMÆ AQUIN. DOCT. *Sem.*

Ut in Comm. Doct.

Oratio.

DEus, qui Eccleſiam tuam beati Thomæ Confeſſoris tui mirâ eruditione clarificas, & ſanctâ operatione fœcundas : da nobis, quæſumus, & quæ docuit intellectu conſpicere, & quæ egit imitatione complere. Per.

Veſp. de ſeq. Commem. S. Thomæ.

Digitized by Google

Die XIX. Julii.

S. VINCENTII A PAULO, PR.

Semiduplex.

Ut in Commun. Just. excepl. quæ seq.
Ad I. Vesp. *Post Hymn.*
℣. Beatus quem elegisti & assumpsisti;
℟. Inhabitabit in atriis tuis.



Oratio.

DEus, qui ad evangelizandum pauperibus, & Ecclesiastici Ordinis decorem promovendum, beatum Vincentium apostolicâ virtute roborasti: præsta, quæsumus, ut cujus pia merita veneramur, virtutum quoque instruamur exemplis. Per.

Ad II. Vesp. *Post Hymnum.*
℣. Tribuisti ei, Domine, longitudinem dierum;
℟. Magna est gloria ejus in salutari tuo.



Digitized by Google

pœnitentiam gentis, & tulit abominationes im pi e ta- tis, & in di e bus pecca- to- rum coroboravit pi e ta- tem. Magnificat. 4. f. *Commem. de ſeq.*

DIE XX. JULII.

II. Commem. S. Steph. Protom. **Simplex.**

Oratio.

Concede, quæſumus, omnipotens Deus, venturam beati Protomartyris Stephani ſolemnitatem, congruo prævenire honore, & præſentem dignâ celebrare devotione. Per.

DIE XXII. JULII.

MARIÆ MAGD. *DUP. III. CL.*

Ad I. Veſp. *Quinque Pſ.* Laudate, *ſub ſola ſeq.*

nt. DE Ma- ri- a Magdalene Jeſus je cerat ſeptem dæmonia *Pſ.* Laudate, ueri, Dominum. *p. iv.* 1. g.

Capitul. 1. Joann. 3. 8.

IN hoc apparuit Filius Dei, ut diſſolvat opera diaboli.

℣. *de* 4. QUod eſt hoc ver- bum, qui-

a * In poteſtate & virtu- te im-pe-



rat Jeſus im- mun- dis ſpiri- tibus, &



e xeunt? ℣. Quis loquetur po-



tenti as Do mini? * In. Glori a Pa-



tri, & Fi- li o, & Spiri- tui



ſanc- to. * In.

Hymn. de 5. PRocul maligni cedite, ſpiritus,

Nunc imperanti cedite Numini, Feſſamque



duris Magdalenam Parcite nunc agita-



re pœnis.

Digitized by Google

Chriſti jubentis numine territi
Fugêre ſeptem : mox ſibi reddita ,
Te , Chriſte , conſectatur unum ,
Et memori tibi mente ſervit.
Quin & cruenta de trabe pendulo
Chriſto litabat mille doloribus :
Quàm vellet inſontis Magiſtri
Sola graves tolerare pœnas !
Miſcere fletus ſanguinis æmulos
Non ceſſat , aſtans victima victimæ :
Chriſtus filendo , nil rependit ;
Quàm meliùs probat hinc amantem !
Laus ſumma Patri , ſummaque Filio ,
Sit ſumma puro laus quoque Flamini ,
Afflante quo ſemper caleſcunt
Æthereis pia corda flammis. Amen.
℣. Ipſe Dominus eſt vita tua,
℟. Longitudo dierum.



7. ç.

Oratio.

DEus , cujus Unigenitus Filius poſt Reſurrectionem ſuam , primò Mariæ Magdalenæ apparuit : præſta , quæſumus , ut ejus interceſſione eumdem in dextera tua ſedentem videre mereamur Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum ; Qui tecum , &c.

Digitized by Google

Ad Complet. *Pſ. & Ant. de Fer.*

Hymn. de 3.

Laus ſumma Patri, *&c. ut ad Veſp.*

Ad Nunc dim. *Ant.*

Ad II. Veſp. *Pſ. & Ant. de Fer.*

De t.



℣. Do- minus

Digitized by Google



Proſa de t.





Digitized by Google



ta Matris ſocia. Chriſto litas morienti E



late re profluenti Miſces fletus ſanguini.



Fortis amor nec lenteſcit, Imò fervet &



excreſcit Di-râ morte Domini. Ad ſepul-



chrum velox pergis, Summo manè triſtis



quæris Tumu-lo reconditum. Apertum eſt



monumentum; Saxum vides revolutum; No-

li flere perditum. Seſe tibi nunc dolenti,

Chriſtus offert diligenti, Teque vocat no-



mine. Tu gloriæ pri- ma triſtis, Diſcipu-



lis dic incertis Je ſum fru i lu mine. Tu



Ad Magn. *Ant.* C Oronat te Dominus in mi-



Commem. de ſeq.

Ad Complet. *Pſ. & Ant. de Fer. Hymn.* Miſcere fletus, *pag. 488.*

Ad Nunc dim. *Ant.* M Ultùm miſericors Do-



Digitized by Google

Die XXIII. Julii.

S. URSICINI, ABBAT. *Semidup.*

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, terrena pro te calcantium merces magna nimis: da nobis exemplo & intercessione beati Ursicini, cujus hodiè solemnia celebramus, temporalia omnia despicere, & ad æterna totâ mentis intentione festinare. Per.

Die XXV. Julii.

S. JACOBI, APOST. *Dupl. III. Cl.*

Ad I. Vesp. *Omn. de Comm. except. quæ seq.*

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui Apostolorum tuorum primitias beati Jacobi sanguine consecrasti: da Ecclesiæ tuæ, quæsumus, & amare quod credidit, & prædicare quod docuit. Per.

Ad II. Vesp. *Commem. SS. Joachim & Annæ, per seq.*

Ant. de 2. D. 

Jacob, miseri- cordiam Abraham, quæ ju-



rasti patribus nostris à die bus antiquis.

℣. Ii sunt filii Abrahæ;

℟. Benedicentur cum fideli Abraham.

Oratio.

DEus, qui per omnium ora fidelium beatos Joachim & Annam Virginis Mariæ paren- celebrari concedis : fac nos in amborum emniis promiſſam in Chriſto ſalutem, eorum cibus adipiſci. Per eumdem.

DIE XXVI. JULII.

S. *JOACHIM ET ANNÆ.*

Duplex tertiæ Claſſis.

Ad II. Veſp. *Pſ. & Ant. de Fer.*





florem tulit, Donorum præſtantiſſimum:



Quantùm decus flos attulit Vobis, par be-



atiſſimum! Fœcunda gaudent viſcera Pro-



ferre Matrem Domini! Quàm beata ſunt



ubera Natæ porrecta Virgini! Pietatis



tis hæc præmium, Quam peperiſ- tis, Fili-



a; Ortum ex vobis li-lium, Fidelis tho-



ri gloria. Per vos certa redemptio Ad-



ſtat humani generis; Per vos, Deo pro-



pitio, Chriſtus fert opem mi- ſeris. Veſ-



tris præſtate precibus Firmum nobis præſi-

Digitized by Google

dium; Et detur in cœleſtibus Juge con-

ſequi gau-dium. A- men.

Ad Magn. *Ant.* REcordatus eſt Dominus mi-

ſericordiæ ſuæ, & veritatis ſuæ, domui

Iſraël. Magnificat. 7. *d.*

Commem. de ſeq.

Ad Complet. *Ant. & Pſ. de Fer.*

Hymn de 5. FŒcunda radix pul-lulans, Flo-

rem tenellum proferet, Qui lætus optato

dabit Fructum ſa-lu tis ger-mine.

Qui natus es de Virgine,
Jeſu, tibi ſit gloria,
Cum Patre, cumque Spiritu,
In ſempiterna ſæcula. Amen.

Ad Nunc dim. *Ant,* QUi time- tis Dominum,

Digitized by Google



Die XXVII. Julii.

S. DESIDERATI, EP. BIS. *Dupl.*

Ut in Comm. Pont.

Oratio.

DEus, qui beatum Desideratum Episcopum Ecclesiæ tuæ præficere dignatus es, ut eam verbo pascéret, & informaret exemplo: da, ut tanti Pontificis memores, ejus intercessione, te præmium æternum assequi mereamur. Per.

Die XXVIII. Julii.

S. IMITHERII, MON. *Semidup.*

Oratio.

DEus, omnia pro te deserentium merces magna nimis: da nobis, interveniente beato Imitherio, mundana omnia despicere, & tibi soli adhærere. Per.

Die XXIX. Julii.

S. MARTÆ, HOSP. CHRIST.

Simplex.

Ut in Comm. SS. Virg.

Digitized by Google

Oratio.

DEus, qui converſatus in terris, in domo beatæ Marthæ hoſpitari dignatus es : quæſumus, ut ipsâ pro nobis intercedente, in æterna tabernacula recipi mereamur. Qui vivis.

Die XXXI. Julii.

S. GERMANI, EPISC. *Semidup.*

Ut in Comm. Pont.

Oratio.

DA nobis, miſericors Deus, ut merita ſancti Epiſcopi Germani pietatem tuam pro nobis ſemper exorent, & delictorum noſtrorum veniam nobis impetrent. Per.

Ad I. Veſ. *Commem S. Ignatii.*

Ant. de 7. ç. 



OMnia in gloriam Dei facite, non quærentes quod vobis utile eſt, ſed quod multis, ut ſalvi fiant.

℣. Beatus vir cujus eſt nomen Domini ſpes ejus :

℟. Et non reſpexit in vanitates & inſanias falſas.

Oratio.

DEus, qui ad majorem Nominis tui gloriam propagandam, novo per beatum Ignatium ſubſidio, militantem Eccleſiam roboraſti : concede, ut ejus auxilio & imitatione certantes in terris, coronari cum ipſo mereamur in cœlis. Per.

Digitized by Google

FESTA AUGUSTI.

Die I.

S. PETRI AD VINC. *Dupl. III. Cl.*

Ad I. Vesp. *Psalmi* Laudate, *sub sola seq.*



Capitul. Jerem. 1. 18. 19.

EGo dedi te hodiè in murum æreum Regibus Juda, Principibus ejus, & Sacerdotibus, & populo terræ; & bellabunt adversùm te, & non prævalebunt, quia ego tecum sum, ait Dominus, ut liberem te.



Digitized by Google

dira- ti ſunt i- na- ni a?



℣. Qui ha- bitat in Cœlis irride- bit



eos, & Do-minus ſubſanna- bit e-

os. * Quare. Glo- ri a Pa- tri, & Fi-

lio, & Spiri- tu i ſanc- to. * Amare.

Hymn. de 2.

QUi chriſti- a no gloriantur no-



mine, Ahena fruſtrà vincla captivos tenent;



Fruſtrà fatelles ſervat inſomnis fores: Inter



catenas mente ſtant liberri mâ.

Ornant revinctos invidendæ compedes;
Nec ponderoſæ, quas amor leves facit;
Non denſa tetri carceris nox obſidet,
Æterna ſummo quos manet cœlo dies.

* Dulces catenæ! quæ reum non arguunt,
Sed Chriſti amantem quæ probant Apoſtolum:
Regum coronis, aureis monilibus,
Vos ſacra pluris æſtimamus vincula.

Digitized by Google

Patri supremo sit suprema gloria;
Tibique laudes totus orbis concinat,
Æterne Fili, splendor æterni Patris;
Compar sit almo laus decusque Flamini. Amen.

℣. Dominus Deus auxiliator:
℟. Ipse veniet & salvabit.

Ad Magn. *Ant.*



Oratio.

DEus, qui beatum Petrum Apostolum, à vinculis absolutum, illæsum abire fecisti: nostrorum, quæsumus, absolve vincula peccatorum, ut ab eorum nexibus expediti, viam mandatorum tuorum liberâ mente curramus. Per.

Commem. S. Germani, Pont. de Communi, Posteà SS. Machab. per seq.

Ant. de 8. G.



℣. Ecce beatificamus eos
℟. Qui sustinuerunt.

Digitized by Google

Oratio.

FRaterna nos, Domine, Martyrum tuorum corona lætificet, quæ & fidei noſtræ præeat incrementa virtutum, & multiplici nos ſuffragio conſoletur. Per.

Ad Complet. *Pſ. & Ant. de Fer.*

Hymn. de 4.



Patri ſupremo, *&c. ut ad Veſp.*

Ad Nunc dim. Ant.



Ad II. Veſp. *Ant. & Pſ. de Fer.*

Digitized by Google



De 6. A Lle- - lu- ia. *ij.*



℣. Canta- te Domino, lau-



da- te Dominum, quia libera- vit



a-nimam pauperis de ma- nu ma-lo-



rum. *Rep.* Allel.

Prosa de 6. E X quo parta mortalibus Liber-



tas Dei vin- culis; Homo liber jam non



timet Lictorem, vincla, carceres. Quin



Christi probris affici, Surgit ampla lau-



dis seges; Vincliſque provincto Deo In-



vident ipſi cœlites. Dire ſatelles, quid

Digitized by Google

Digitized by Google



munt Rumpè catenas criminum: Ti- bi



nos, Chriſte dulcibus Amoris liga vin-



culis. Cujus colimus compedes Fac

nos & exempla ſequi; Da pro te, da

luben ti ùs Quodcum que durum perpe-



ti A- men.

Ad Magn. *Ant.* N

Arravit Petrus quomodò

Dominus eduxiſſet eum de carcere, di-



xitque: Nunti ate Jacobo & fra- tribus

hæc; & egreſſus a- bi it in a-li um



locum. Magni ficat. 4. E.

Commem. de ſeq.

Ad

Digitized by Google

Ad Complet. *Ant. & Ps. de Fer. Hymn.* Dulces, *ut heri, pag. 502.*

Ad Nunc dim. *Ant.*



Die II. Augusti.

S. STEPHANI, PAP. ET M. *Simpl.*

Oratio.

Deus, qui nos beati Stephani Martyris tui atque Pontificis annuâ solemnitate lætificas: concede propitius, ut cujus natalitia colimus, de ejusdem etiàm protectione gaudeamus. Per.

Die III. Augusti.

INVENT. CORP. S. STEPHAN.

Duplex II. Classis.

Ad I. Vesperas.

I. Ant.



Digitized by Google



sepulchris. *Ps.* Laudate, pueri, Dominum.



pag. iv. 1. *D.*

II. Ant. E- Go conso labor vos, & os-



sa vestra quasi herba germina- bunt. *Ps.*



Laudate.... gentes. *pag. v.* 5. C.

III. Ant. C Ognoscetur manus Domini ser-



vis su- is. *Ps.* Lauda, anima... in vita



mea *pag vj.* 8. G.

IV. Ant. I Gnorus erit locus, donec Deus



propitius fiat; & tunc Deus os- tendet



hæc, & apparebit majestas Domini. *Ps.* Lau-

date Dominum... psalmus. *p. vij.* 4. E.

Digitized by Google



Capitul. Iſa. 26. 21.

EGcce Dominus egredietur de loco ſuo, & revelabit terra ſanguinem ſuum, & non operiet ultrà interfectos ſuos.

Digitized by Google

Hymn. de 2. A.



O Bſcuros tenebris, Chriſte, ve-tas premi, Clarâ qui pugiles te nece prædicant, Quæ ſub nocte jacent tempori-bus ſuis Hæc pleno retegis die.

Quæ celata diù pulvereo ſitu,
Monſtras oſſa tui ſplendida Martyris,
Ad cujus cineres curritur, & ſuus
Siccis eſt honor oſſibus.

Flores è tumulo vim medicam trahunt,
Et cæco ſubitum reſtituunt diem:
Qui dux ipſe ſuî, jàm repetit domum,
Cœli munere lætior.

Ultor nempè Deus non meritæ necis
Sacris opprobrium penſat honoribus:
Claros prodigiis ac venerabiles
Ipſos vel tumulos facit.

Patri maxima laus, maxima Filio,
Amborumque ſacro maxima Flamini,
Cujus præſidio prælia ſuſtinent
Fuſo ſanguine Martyres. Amen.

℣. Exultabunt Domino
℟. Oſſa humiliata.

Ad Magn. Ant.

O Sſa ipſius viſitata ſunt, &



Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui primitias Martyrum in beati Levitæ Stephani ſanguine dedicaſti: tribue, quæſumus, ut pro nobis interceſſor exiſtat, qui pro ſuis etiam perſecutoribus exoravit Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum; Qui tecum.

Ad Complet. *Pſ. de Dom. Ant. de Fer.*



Patri maxima laus, *&c. ut ad Veſp.*



Digitized by Google



2. *D.*

AD II. VESPERAS.





2. g.

Digitized by Google

III. Ant. M Ag- na o pera Domini, ex-

quiſi- ta in omnes voluntates e- jus.

Pſ. Confitebor.... corde meo. *p.* 2. 3. c.

IV. Ant. D Iſperſit, dedit pauperibus, juſ-

ti-ti a ejus manet in ſæculum ſæculi.

Pſ. Be a tus vir qui timet Dominum. *p.* 3.

7. *d.*

Ant. D Icent inter gentes : Magni fi-

ca vit Dominus facere cum e- is. *Pſ.*

n convertendo.... Sion. *p.* 16. 2. *D.* Alleluia. ℣. Mendaces, *Proſa*, Laudate Ste-

num, *Ant. ad Magn.* Curaverunt, *ut in Feſto Steph. pag.* 111. *& ſeqq. Commem. de ſeq. ndè S. Dominici, ut in Comm. Monach.* Ad Complet. *Ut heri, pag.* 509.

Digitized by Google

DIE IV. AUGUSTI.

SUSCEPT. RELIQ.

SS. EPIPH. ET ISID. MART.

Duplex III. Classis.

Ut in Comm. plurium Mart.

Oratio.

DEus, qui hunc diem honorabilem nobis in beatorum Epiphanii & Isidori Reliquiarum susceptione tribuisti; da, quæsumus, Ecclesiæ tuæ in hac celebritate lætitiam; ut quorum membra pio amore veneratur in terris, eorum intercessione sublevetur in cœlis. Per.

Pro Commun. S. Dominici.

Oratio.

DEus, qui Ecclesiam tuam beati Dominici illuminare dignatus es meritis & doctrinis: concede, ut ejus intercessione temporalibus non destituatur auxiliis, & spiritualibus semper proficiat incrementis. Per.

DIE VI. AUGUSTI.

TRANSFIGURAT. D. N. J. C.

Duplex III. Classis.

Ad I. Vesp. *Ps.* Laudate, *p. iv. sub sola seq.*



Ant. COnfunde- tur sol, cùm regnaverit



Dominus exercituum in monte Si- on, &

Digitized by Google



i conſpectu Senum ſuorum fu- erit

lori fica- tus. *Pſ.* Laudate, pueri, Do-



inum. 1. D.

Capitul. Iſa. 4. 2.

N die illa erit germen Domini in magnificen-ia & gloria, & fructus terræ ſublimis, & exul-o his qui ſalvati fuerint de Iſraël.

le 8. E C- ce * Oſten- dit

o- minus Deus noſ- ter majeſta-

tem & magnitu- dinem

am. ℣. Candor eſt enim lucis æter-

, & ſpeculum ſine macula Dei majeſ-

tis, & Imago bonita- tis illi- us.

Oſtendit. Gloria Patri, & Filio,



Spiri- tui ſanc- to. * Oſtendit.

Digitized by Google

Hymn. de 8. 

HOc, jus- sa quon-dàm rum-

pimus, Festo die, si len ti a: Cela ta du-

dùm jàm decet Vulga re nos mysteri a.

Montis sub alto vertice,
Tribus vocatis testibus,
O Christe! visus hactenùs
Terris homo, pates Deus.

Tuæ latens lucis jubar
Sacros in artus effluit:
Vestis tuo te Numine,
Tibique totus redderis.

Cœlo tonante, protinùs
Audita summi vox Patris:
Te, nube ruptâ, Filium,
Quo gloriatur, asserit.

Hic est Magister omnium,
Quem pronus orbis audiat:
Silete, Mortales; Deus
Qui nos docet, fatur Deus.

Qui, nube ruptâ, te palàm
Natum vocavit, laus Patri:
Tibique Nato; nec minor
Laus utriusque Flamini. Amen.

℣. Apud te, Domine, est fons vitæ;
℟. Et in lumine tuo videbimus lumen.

Ad Magn. Ant. 

MAgnalia sapientiæ su-æ

deco- ra vit qui eſt antè ſæculum; quis

ſa tia- bitur videns glo- riam e jus?



Magni- ficat. ℣. ℟.

Oratio.

FAc nos, quæſumus, Domine, ad illam tuæ claritatis viſionem pertingere, quam tuis hodiè Diſcipulis in monte transfiguratus oſtendiſti. Qui vivis.

Ad Complet. *Ant. & P∫. de Fer.*

Hymn. de 3.

Uicumque Chriſtum quæritis,

Vultus in altum tollite; Illic licebit vi-



ſere Signum perennis gloriæ.

Hic ille Rex eſt Gentium,
Gentiſque Rex Judaicæ,
Promiſſus Abrahæ Patri,
Ejuſque in ævum ſemini.

Qui, nube ruptâ, *&c. ut ad Veſp.*

Ad Nunc dim. Ant.

Culus non vidit, De-

us, abſque te, quæ præparaſti expectan-

Digitized by Google



tibus te. Nunc dimittis ſervum tuum,

Domine. 7. ç.

Ad II. Veſp. *Ant. & Pſ. de Fer.*

De 5. A



Lle- lu- ia. *ij.*



℣. Salvatorem expec-



tamus Dominum noſtrum Je- ſum Chriſ-



tum, qui reforma- bit corpus humi-



liſtatis noſtræ configura- tum cor-



pori claritatis ſuæ.



Rep. Alleluia.

Proſa de 5. C



Elata jàmdudùm terris Reſeran-



tur myſteria; Miſſi nobis Salvatoris Reve-



latur & gloria. In alto vertice montis



Digitized by Google



4. f.

Commem. de ſeq. deindè S. Donati, Epiſc. & Mart. Ut in Communi unius Mart.

Ad Complet. *Omnia ut heri, pag. 515.*

Die VII. Auguſti.

S. DONATI, EPISC. BIS. *Dupl.*

Oratio.

Deus, qui beatum Donatum piis parentibus miraculosè conceſſiſti; fac ut quem bonum Paſtorem habuimus, perpetuum apud te patronum ſentiamus. Per.

Digitized by Google

Die VIII. Auguſti.

Veſp. de Fer. Commem. S. Romani, Mart.

Die X. Auguſti.

S. LAURENT. MART. *Dup. III. Cl.*

Omnia de Comm. unius Mart. Veſp. de ſeq.

Oratio.

DA nobis, quæſumus, omnipotens Deus, vitiorum noſtrorum flammas extinguere, ui beato Laurentio tribuiſti tormentorum ſuo- um incendia ſuperare. Per.

Die XI. Auguſti.

. CORONÆ SPINEÆ. *Dup. III. Cl.*

Ad I. Veſp. *Pſal.* Laudate, *pag. iv. ſub la ſeq.*



5. a.

Capitul. Iſa. 52. 14.

Iglorius erit inter viros aſpectus ejus, & orma ejus inter filios hominum.

℟. *de 2.* NOn eſt ſpe- ci es e- i

ne- que de- cor : * Vi- di- mus

e- um , & non erat aſpectus,

& de- ſi- dera- vimus e- um.

℣. Po- ſuit Dominus in e- o iniqui-

tatem omnium noſ- trûm. * Vidimus.

Glo- ria Patri, & Fi- li o, & Spi-

ri- tui ſanc- to. * Vidimus.

Hymn. de 2. QUò for-ma ceſ- ſit pat Deo ?

Non vultus idem, non decor: Atro flu-

entem ſan- guine, Et o- ra fœ- dum

vi- dimus.

Frons pro corona regia
Horret ſub aſpris vepribus:
Hæc illa, crudelis Sion,
Quæ ſerta nectis Principi?
Arundo pro ſceptro datur,
Durúſque pro throno lapis;
Quem veſtit æternum jubar,
Ridenda veſtit purpura.
Qui ſceptra Regum dividit,
Ut ſcenicus rex luditur:
Quæ ſolis obſcurant jubar,
Velo teguntur lumina.
* Orbi piando qui parem
Offers Patri te victimam,
O Chriſte, nè caſſum tuæ
Sit Paſſionis præmium.
Qui nos creavit, laus Patri;
Laus qui redemit, Filio;
Qui nos fovet, laus Flamini;
Uni Deo ſit gloria. Amen.

℣. Verè languores noſtros ipſe tulit,
℟. Et dolores noſtros ipſe portavit.

Ad Magn. Ant. 



Oratio.

PRæſta, quæſumus, omnipotens Deus, ut qui in memoriam Paſſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti, Coronam ejus ſpineam veneramur in terris, ab ipſo gloriâ & honore coronari mereamur in cœlis. Per eumdem.

Commem. S. Laurentii.

Ad Complet. *Ant. & Pſ. de Fer. Hymn.* Orbi piando, *ut ſup. ad Aſteriſcum *, & ſub eod. cantu, uſque ad finem.*



Ad II. Veſp. *Ant. & Pſ. de Fer.*



℣. Gloria &



hono- re coronaſ- ti e-um, Do-



mine, omnia ſubje- ciſ- ti



ſub pe- dibus e- jus.



Repet. Allel.

roſa

: 8. 

IMperans Chriſte Regibus, Quæ te



anent ludibria? Horret ſub aſprîs vepri-



is Frons, pro Corona regia. Olim Pa-



credentium In figuris te vic- timam



ideràt, ſertis veprium In ara Crucis hiſ-



lam. Ah! Chriſte, quare plecteris? Miſer



o deliqueram: Cur ſentibus compunge-



Ego ſpinas collegeram. Quæ nobis foret

Digitized by Google



gloria, His vulnerari ſpiculis! Fodi, quæ



foret gratia, Qui te compungunt ſtimulis!



O Je- ſu! quæ nos vulnerant Spi- nas



evelle cordibus; Spinæ quæ te dila- ce-



rant, Nos abluant à ſordibus. A- men.

Ad Magn. *Ant.* 

Ecce ve- nit cum nubibus,



& videbit eum omnis oculus, & qui



eum pupugerunt. Magnificat. 1. g.

Commem. de ſequenti.

Ad Complet. *Omnia ut heri, pag. 522.*

Die XII. Auguſti.

S. CLARÆ, VIRG. *Simplex.*

Ut in Comm. Virg.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui mundi contemptum te diligentibus inſpiraſti; da nobis in feſtivitate beatæ Claræ Virginis, ejus interceſſione terrena deſpicere, & tibi ſoli firmiter adhærere. Per.

Digitized by Google

Die XIII. Augusti.

SS. HIPPOLYTI ET SOC. MART.

Semiduplex.

Ut in Communi plurium Mart.

Oratio.

EXaudi nos, Domine, Martyrum tuorum Hippolyti & Sociorum victorias celebrantes; ut cordibus ex eorum passione succensis, in lege tua fideliter ambulemus. Per.

Die XIV. Augusti.

IN VIG. ASSUMPTIONIS B. M. V.

Oratio.

DEus, qui virginalem uterum beatæ Mariæ in quo requiesceres, eligere dignatus es; da nobis Assumptionis ejus solemnia prævenientibus, dignum in cordibus nostris habitaculum tuæ præparare Majestati. Qui vivis.

Die XV. Augusti.

IN FESTO ASSUMPT. B. M. V.

Duplex I. Classis.

AD I. VESPERAS.



I. Ant. IN plenitu- dine sancta admi-



ra- bitur, & in multitu- dine elec-



to- rum habebit lau- dem, & inter



bene- dic- tos be- nedicetur. *Pſ.* Lau-



date, pueri, Dominum. *p. iv.* 6. F.



II. Ant. E- Rit quaſi oli- va glo- ri-



a ejus, & o- dor e- jus ut Liba-



ni. *Pſ.* Laudate... gentes. *p. v.* 4. E.



III. Ant. G Lo- ri- a Domini col- li-



get te, & Do- minus implebit ſplen-



doribus animam tuam. *Pſ.* Lauda, ani-



ma.... in vita mea. *p. vj.* 7. G.



IV. Ant. C Ircumdabit te De- us di-

plo- i de juſ ti- ti æ, & im ponet mitram

capi ti ho no- ris æ terni. *Pſ.* Lauda te....

bonus eſt pſalmus. *p. vij.* 3. a.

V. Ant. E- Ris coro- na glo- ri- æ

in manu Domini, & diadema reg-

ni in manu Dei tu- i, quia compla-

cuit Domino in te. *Pſ.* Lauda, Jeruſa-

lem, Dominum. *pag. viij.* 5. C.

Capitul. Apoc. 11. 19. & 12. 1.

APertum eſt templum Dei, & ſignum magnum apparuit in Cœlo; mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus ejus, & in capite ejus corona ſtellarum duodecim.

℟. *de 5.* E C- ce * Reple- ta

e- rat glo- ri- a, Domi-

Digitized by Google









Hymn. de 6.









Quæ non, Virgo, tibi dona rependit!
Cœli divitias explicat omnes:
Verbum veſtieras carne; viciſsim
Te Verbum proprio lumine veſtit.
Qui velo latuit carnis, aperti
Pleno te ſatiat Numinis hauſtu:
Et quem virgineo lacte cibaſti,
In jugem tibi dat ſe Deus eſcam.

O

℣. O conceſſa tibi quanta poteſtas!
Per te quanta venit gratia terris!
Cunctis cœlitibus celſior una,
Solo facta minor, Virgo, Tonante.
Quæ Regina ſedes proxima Chriſto,
Alto de ſolio vota tuorum
Audi, namque potes flectere Natum,
Virgo Mater; amas nos quoque natos.
Divinæ Soboli, qui dare Matrem
In terris voluit, gloria Patri;
Cujus Virgo parens, gloria Nato;
Quo fœcunda, tibi gloria, Flamen. Amen.
℣. Gloria Libani data eſt ei,
℟. Decor Carmeli & Saron.



Oratio.

CONcede nos, quæſumus, omnipotens Deus, ad beatæ Mariæ ſemper Virginis gaudia æterna pertingere, de cujus veneranda Aſſumptione tribuis annuâ ſolemnitate gaudere. Per.

Ad Complet. *Pſ. de Dom p. 9. Ant. p. 102.*



poteſtas! Per te quanta venit gratia ter-



ris! Cunctis cœlitibus celſior u- na, So-



lo facta minor, Virgo, Tonante.
Quæ Regina ſedes, *&c.*
Divinæ Soboli, *&c. ut ad Veſp.*

Ad Nunc dim. *Ant.* 

NOmina- bitur tibi nomen

tuum à Deo in ſem- piternum, pax juſ-



ti- tiæ, & honor pieta- tis. Nunc di-



mittis ſervum tuum, Domine. *6. F.*

AD II. VESPERAS.

I. Ant.

QUis ſicut Dominus Deus noſ-



ter, qui in al- tis ha- bitat, & humi-



li a reſ- picit in cœ- lo & in ter-

ra? *Pſ.* Laudate, pueri, Dominum. *p.* 4.



1. g.

II. Ant. ILluc e- nim aſcende- runt

Tribus, Tribus Domini. *Pſ.* Lætatus ſum...



mihi. *pag.* 29. 5. a.

III. Ant. AD te le-vavi oculos me-os,

qui habitas in cœ-lis. *Pſ.* Oculos me-



os. *pag.* 38. 7. d.

IV. Ant. O Domine! ego ſervus tu-



us, & fi-li us an- cil- læ tuæ. *Pſ.* Credi-



di.... locutus ſum. *pag.* 46. 4. A.

V. Ant. CAntent in vi-is Domini, quo-

Digitized by Google



niàm magna eſt glo ri a Domini, quoniàm



excel- ſus Dominus, & humi- li-a reſpicit.



Pſ. Confi te bor,.. corde meo. *p.* 47. 3. a.

De 5. A



L- le- lu- ia. *ij.*



℣. Efful- ſit in



templo Dei, quaſi ar- cus reſul-



gens inter ne- bulas glo- riæ, & qua-



ſi flos ro- ſarum in die- bus ver-



nis, *Repet.* Allel.

Proſa de 5. P



Laudamus cum ſu peris; Arca no-



vi fœderis Templo ſedet gloriæ. Alto reg-



nat ſolio Juncta Mater Filio, Particeps

Digitized by Google



victoriæ. Quos eſt paſſa pecto re, Quanto



Natus fœnore, Dolores remunerat! Circum-



fuſa lumine, Solo minor Numine, Quot



bonis exuberat! Ipſa ſit fons gratiæ, Quæ



fontem juſti-tiæ Sinu ſuo protulit. Quis per



Matrem Filium Rogavit auxi lium, Et do-



na non retulit? Virgo cœlo celſior, Ange-

liſque purior, Nobis ſis propitia. Regnet



in pectoribus, Regnet in operibus, Quâ



dives es, gratia. Te tota gens obſecrat,



Tibi ſe Rex conſecrat, Et ſuum imperium.

Digitized by Google



Salva Regem Galliæ, Ama dici Patriæ



Tutum patrocinium. A- men.

Ad Magn. *Ant.* 

Maria optimam par-tem e-



legit, quæ non aufere- tur ab e- a.



Magni- ficat. 2. A.

Per Oct. & in die Oct. ad II. Veſp.

Ad Magn. *Ant.* 

Maria optimam partem e-



legit, quæ non auferetur ab e- a. Mag-



nificat. 1. f.

Ad Complet. *Ant. Pſ. & Hymn. ut heri, pag. 529.*

Ad Nunc dim. *Ant.* 

Sit regnum De- i in



ſæcula ſæculorum ſuper e- am. Nunc



dimittis ſervum tuum, Domine. 6 f.

Digitized by Google

Die XVI. Auguſti.

S. ROCHI. *Semiduplex.*

Ut in Communi Juſtorum.

Oratio.

POpulum tuum, quæſumus, Domine, ad te confugientem paternâ recipe pietate; ut qui tuæ iracundiæ flagella formidat, intercedente beato Rocho, tuâ mereatur miſericordiâ liberari. Per.

Veſp. de ſeq. Commem. S. Rochi, Oct. & S. Mametis, Mart. per Ant. ✝. & Orat. de Communi.

Die XVII. Auguſti.

S. THEODULI, EP. *Semidupl.*

Oratio Fac nos, *&c. pag. xlvij. Veſp. de ſeq. Commem. S. Theod. & Oct.*

Die XVIII. Auguſti.

S. AGAPITI, MART. *Dup. III. Cl.*

Ad I. Veſp. *Pſ.* Laudate, *cum prima Ant. de Comm. Mart. pag. xx.*

Oratio.

DEus, cujus gratiâ, ſanctus Martyr Agapitus, mundi nec blanditiis, nec terroribus devictus eſt: da nobis, ut te ſolum diligentes, proſpera mundi ſimul & adverſa deſpiciamus. Per.

Ad II. Veſp. *Commem. Oct.*

Digitized by Google

Die XX. Auguſti.

S. BERNARDI, ABB. ET D. *Sem.*

Ut in Comm. Doct.

Oratio.

DEus, qui beatum Bernardum Abbatem, charitatis tuæ igne ſuccenſum, in Eccleſia tua lucere ſimul & ardere feciſti: ejus interceſſione concede, eodem nos charitatis ſpiritu ferventes, coràm te ſemper ut filios lucis ambulare. Per.... in unitate ejuſdem Spiritûs.

Ad II. Veſp. *Commem. Oct.*

Die XXI. Auguſti.

DE OCT. ASSUMPT. B. M.

Ant. ad Magn. *de primis Veſp. Feſti; cæt. ut intrà Octav. Commem. SS. Timothei & Symphoriani, Mart.*

Oratio.

SAnctorum Martyrum Symphoriani & Timothei merita nos, Domine, tueantur: in quibus opera tua prædicantes, & exemplis eorum accendi, & præmiis ſociari mereamur. Per.

Die XXII. Auguſti.

DIES OCT. ASSUMPT. B. M. V.

Semiduplex.

Ad Veſp. *Ut intrà Octav. Commem. S. Stephani, per Ant.* Qui vicerit. ℣. Juſtus, *ut in Comm. unius Mart. pag. xxiv.*

Digitized by Google

Die XXIII. Auguſti.

ULT. COMMEM. S. STEPH. *Simp.*

Oratio.

DA nobis, quæſumus, Domine, imitari quod colimus, ut diſcamus & inimicos diligere, quia ejus commemorationem celebramus, qui novit etiàm pro perſecutoribus exorare Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum; Qui tecum.

Die XXIV. Auguſti.

S. BARTHOLOMÆI, AP. *D. III. Cl.*

Ad I. Veſp. *Pſ.* Laudate, *ſub prima Ant. de Comm. p. iv.*

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui hujus diei venerandam ſanctamque lætitiam in beati Apoſtoli tui Bartholomæi feſtivitate tribuiſti: da Eccleſiæ tuæ, quæſumus, & amare quod credidit, & prædicare quod docuit. Per.

Ad. II. Veſp. *Commem. de ſeq.*

Die XXV. Auguſti.

S. LUDOVICI, REG. *Duplex.*

Ut in Communi Juſtorum, pag. lxxvj.

Oratio.

DEus, qui beatum Ludovicum Confeſſorem tuum de terreno regno ad cœleſtis regni gloriam tranſtuliſti: ejus, quæſumus, meritis &

Digitized by Google

interceſſione, Regis Regum Jeſu Chriſti Filii tui facias nos eſſe conſortes. Per eumdem.

Ad II. Veſp. *Commem. de ſeq.*

Die XXVI. Augusti.

SS. GENESIORUM, MART. *Simp.*

Oratio.

COncede, quæſumus, omnipotens Deus, ut ſanctorum Martyrum tuorum, quorum celebramus victorias, præmiorum cum eis participes eſſe mereamur. Per.

Die XXVII. Augusti.

S. AGILI, MONACH. *Semidup.*

Oratio.

DEus, qui nos admones exemplo beati Agili temporalia deſpicere, & ad æterna feſtinare: da famulis tuis ut quæ tibi placita cognovimus, ipſo pro nobis intercedente, implere valeamus. Per.

Veſp. de ſeq. Commem. S. Agili.

Die XXVIII. Augusti.

S. AUGUSTINI, EP. ET D. *Dupl.*

Ut in Communi Doctorum, p. liv.

Oratio.

DEus, qui ad aſſerenda gratiæ tuæ jura, beatum Auguſtinum Doctorem in Eccleſia ſuſcitaſti: concede, ut quæ, te docente, facienda cognovimus, eadem, te adjuvante, exequi valeamus. Per.

Veſp. de ſeq. Commem. S. Auguſtini.

Digitized by Google

Die XXIX Augusti.

DECOLL. S. JOANN. BAPT. *Dup.*

Ad I. Vesp. *Ps. & Ant. de Fer.*

Capitul. Malach. 4. 3. 5.

DIcit Dominus exercituum: Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequàm veniat dies Domini.

℟. *de 5.* JAm * Eli- as ve- nit, & non cognoverunt e- um, sed fece- runt in e- o quæcum- que vo- luerunt. ℣. Surre- xit qua- si ignis, & verbum ipsius, quasi facula arde- bat. * Elias. ℣. Gloria Patri, & Fi- lio, & Spiri- tui sanc- to. * Elias.

Hymn. de 3. QUis ille silvis è penetrali-

Digitized by Google



bus Egreſſus, ad ſe tot populos trahit?



Ab ore pendentes loquentis Quâ ſubi-



tò tenet arte turbas?
An ille faſtu regifico tumens,
Molli ſolutus diffluit otio?
Leviſne arundo ventilatur
Arbitrio popularis auræ?
Atqui ter annos jàm decies trahit
Vitam in profundis ſaltibus aſperam,
Virtutis Eliæ futurus
Atque animi generoſus hæres.
Ergò ſeveram Numinis omnibus
Oſtentat iram, non timidus mori:
Aſſertor acer veritatis,
In proceres tonat, inque plebem.
* Aulâ receptum non retinet timor,
Non blanda flectit gratia Principis,
Contaminati quin reprendat
Flagitium opprobriumque lecti.
Sit ſumma Patri, ſummaque Filio,
Sanctoque compar gloria Flamini;
Sanctæ litemus Trinitati,
Perpetuo pia corda cultu. Amen.
℣. Teſtimonium perhibuit veritati:
℟. Ille erat lucerna ardens & lucens.

Ad Magn. *Ant.*



Icebat Joannes Herodi:



